



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**DE CAPTIVITATE BABYLONICA ECCLESIAE, praeludium
Martini Lutheri.**

Luther, Martin

Vuittembergæ, [ca. 1520]

urn:nbn:de:hbz:466:1-34722





Th. 5973.

27 II

11.

Wittenberg August 1519

Siehe Panzer, Annales IX S. 124, No. 144.

Editho, Althia rara. cf. Bibl. Schm. jün

[= Schwarpius jünior, cf. Panzer XI S. 627]

Nb. falsch gebunden!

3
DE CAPTIVI
TATE BABYLONICA EC
clesiæ, præludium Martini Lutheri.

Vuitembergæ.

CVM PRIVI
LEGIO

DECAPTIVI

TABE BABYLONICA EC

claus. p. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Vuttenberg.

CVM PRIVI
LEGIO

I HESVS.

Martinus Lutherus, August. Hermanno Tulio suo Salutem.



ELIM, nolim, cogor i dies eruditior fieri, tot tantisq; magistris certatim me vrgentibus & exercētibus. De indulgentijs ante duos annos scripsi, sed sic Quid indulgentiæ. vt me nunc mirū in modū poeniteat editi libelli. Hærebā eī id tps magna

quadā superstitione Ro. tyrannidis, vñ & indulgētias nō poenitus reiiciēdas eē cēsebā, quas tāto hoīm cōsensu cernebā cōprobari. Nec mirū, quia solus tū voluebā hoc faxū. At postea bñficio Syluestri & fratrū adiutus qui strenue illas tutati sunt intellexi eas aliud nō esse, quā meras adulatorū Romanorū iposturas quibus & fidē dei, & pecunias hoīm pderēt. Atq; vtinā a Bibliopolis queā ipetrare, & oibus q legerūt psuadere, vt vniuersos libellos meos de indulgētijs exurāt, & p oibus q de eis scripsi hanc propositionē apprehendant.

INDVLGENTIAES VNT ADVLATORVM ROMANORVM NEQVITIAE.

Post hæc, Eccius & Emser cum coniuuratis suis, de primatu Papæ me erudire cœperunt, Atq; hīc etiam ne hominibus tam doctis ingratus sim, confiteor me valde profecisse eorum opera. Nempe, cum papatum negassem diuini: admisi esse humani iuris. Sed vt audiuī & legi subt ilissimas subtilitates istorum Trossulorum quibus suum Idolum fabre statuunt (est enim mihi in geniū in his rebus nō vsq; quaq; idocile) scio nūc & certus sū, papatū esse regnū Babylonis & potētia Niroth

A ij robusti

robusti venatoris, Proinde & hic vt amicis meis omnia
prosperrime cedant oro librarios: oro lectores: vt ijsq̄
super hac re edidit, ex vltis hanc propositionem teneat
PAPATVS EST ROBUSTA VENATIO
RO. EPISC. Probatut ex rationibus Eccianis,
Emseranis, & Lipsensis lectoris Bibliici.

Qui scri-
pserint in
Lutherum

Nunc de vtriusq; speciei cōmunionē mihi schola
luditur, & de noōnullis alijs maximis rebus, hic labor ē
ne & hic frustra Crattippos meos audiam. Scripsit qu-
dam frater Cremonensis Italus reuocationem Marti-
ni Lutheri, ad sanctam sedem. Hoc est quam non e-
go (vt verba sonant) sed qua ipse me reuocat (sic em̄ Ita-
li hodie incipiūt latinisare) Scripsit in me de vtraq; spe-
cie sacramēti: frater alius Lipsensis Germanus, lector
ille (vt nosti) totius Canonis Bibliici, facturus (vt au-
dio) adhuc maiora & mira mirabilia. Italus sane cau-
tus nomen suum obtinuit, forte exemplum Caietani &
syluestri veritus. Lipsensis contra, sicut decet strenuū
& ferocem Germanum, multis tituli versibus, nomen
suum, vitam suam, sanctitatem suam, scientiam suā, of-
ficiū suum, gl'iam suam, honorē suum, pœne & Cas-
topodia sua celebrauit. Hic procul dubio non medio-
cra discā: qñ quidem ad ip̄m filiū dei scribitur nuncu-
patoria epistola, tam familiares sunt hi sancti Christo
regnātī in coelis, Deinde tres mihi picæ hic videntur
loqui, vna bene latina, altera melius græca, tertia opti-
me Hæbraica. Quid hic mihi, Hermane mi, agendū
putas aliud: q̄ vt aures arrigam? Res Lipsiæ agitur per
obseruantiam sanctæ Crucis.

Haftenus ego stultus sensi pulchrum fore, si pro
laycis

laycis vtraq; species Sacramenti porrigenda statuere-
tur Concilio generali. Hanc sententiam frater plus q̄
doctissimus correcturus dicit, Neq; præceptū esse, ne
q; cōsultum siue a Christo, siue Apostolis, vt vtraq; spe-
cies porrigatur laycis. Ideoq; Ecclesiæ relictū iudicio
quid hic faciendum omittendum ve sit, cui necesse sit
obedire. Hæc ille.

Rogas forte, quæ intemperie hominem agitēt, aut
contra quem scribāt, cum ego nō damnarim vnus spe-
ciei vsū, & Ecclesiæ iudicio reliqueri, vtriusq; vsū sta-
tuendum, Id quod & ipse conatur asserere: eo ipso con-
trame pignaturus. Respondeo, id genus disputandi
omnibus familiare esse, qui contra Lutherum scribūt vt
hoc asserant qđ impugnāt aut fingāt quod impugnēt
Sic Syluester, sic Eccius, sic Empser, sic Colonien̄ quo
q; & Louanieñ. A quorum ingenio si hic frater recess-
isset, contra Lutherum non scripsisset.

Sed accidit huic hoī aliqđ p̄ ceteris foelicius. Cū em̄
esset probaturus neq; præceptum, neq; cōsultum: sed
arbitrio Ecclesiæ relictum vtrius speciei vsū: inducit
scripturas, quibus probet, præcepto Christi esse vnā
pro laycis statutam speciem. Vt sic verum sit, nouo hoc
scripturæ Interprete vnā speciem non preceptam, &
simul preceptam esse a Christo. Huius genere disputa-
tionis nouæ, scis, vt Lipsenses isti Dyalectici, peculia-
riter vtantur Nonne & Empser, cum priore suo libello
profiteretur, sese candide de me loqui, & a me cōuictus
de teterrima inuidia scedisq; mendacijs in posteriore
me confutaturus, vtrunq; plane confitetur, & nigro &
candido animo sese scripsisse Bonus scilicet vir vt nosti

Sed au-

Sed audi nostrū speciosū speciatorē apud quē idē est
arbitriū ecclesie & p̄ceptū christi. Rursus idē p̄ceptū
christi, & nō p̄ceptū christi, qua dexteritate p̄bet vnā
tū speciē laicis p̄cepto christi: id est arbitrio ecclesie
dādā. Literis ei maiusculis signat in hūc modū. FVN
DAMENTVM INFALLIBILE. Deide tractat. c.

An laicō
municari

debēt subli
vtraq; spē

vj. Iohan. incredibili sapiētia, vbi christus de pane cœ
& pane vitę, qui est ipse loquit̄, quę verba homo do-
ctissimus nō modo ad sacramētū altaris trahit, verū &
hoc facit vt quia christus dixerat. Ego sum panis viuus
& non, Ego sum calix viuus, cōcludat nō nisi vnā spe-
ciem sacramēti pro laicis eo loco institutā. Quod vero
sequit̄. Caro mea vere est cibus, & sāguis meus vere est
potus. Itē. Nisi māducaueritis carnē filij hoīs & biberi-
tis ei⁹ sāguinē, cū p vtraq; spē videre fraterno cerebro
inuiētā contra vnam pugnare. Hui q̄ foeliciter & docte
eludit in hunc modū. Qz Christus his verbis aliud nō
voluit, quanq̄ vnam speciem acciperet sub eadem vtrū
q; carnem & sanguinem acciperet. Hęc ille pro funda-
mento suo infallibili tā digne sancta coelestiq; obseruā-
tia structuro.

Ex isto nūc disce & tu quæso mecū Xpm. c. vj. Io.
p̄cipere vnā spēm: sic tñ, vt hoc ip̄m p̄cipere sit id q̄dre-
liqui arbitrio Ecclesie. Ad hęc christum in eodem ca-
pit. loqui dūtaxat de laicis: nō de p̄sbyteris. Nā ad hos
nō p̄tinet panis viuus de cęlo. i. vna spes sacramēti: sed
forte panis mortis de iferno. Iā quid de dyaconibus &
hypodiaconibus fiet? qui neq; layci sūt neq; sacerdotes
hos oportet hoc eximio autore neq; vna neq; vtraq; spe-
cie vtī. Intelligis mi Tullichī morem tractādæ scriptu-
ræ obser-

rae obseruanticum & nouū. Sed & hoc discas Xpm Ioh.
vj. de sacramento eucharistiæ loqui cum ipse doceat se
loqui de fide incarnati uerbi dicens. Hoc est opus dei,
vt credatis in eum quē ille misit. Verū huic Lipsensi bi-
bliorum p̄fessori hoc donādum est, vte quodlibet scri-
pturæ loco p̄bet q̄dlibet. Est em̄ Theologus anaxago- Iocus
ricus: immo Aristotelicus, cui noīa & uerba trāspōita
eadē & omnia significant. Sic em̄ aptat scripturæ testi-
monia: p̄ totū librum, vt si velit p̄bare christum esse in
sacramento ausit incipere, Lectio libri apocalipsis beati
Iohānis Apl̄i: q̄ em̄ hoc uerbū apte diceretur. tam sua di-
cuntur omnia & existimat homo prudens copia allega-
torum se hanc suam maniam ornaturum.

Prætereo cætera: ne te enecem sentina huius graue
olētissimę cloacæ, In fine Paulum. j. Corinth. xj. addu-
cit, qui accepisse a domino se & tradidisse Corinthijs &
panis & calicis vsum dicit. Hic iterum noster speciator
sicut ubiq; scripturas egregię tractās docet Paulum ibi
dem permisisse vtranq; speciem: non tradidisse. Quæ-
ris vñ probet? E' capite suo sicut & illud Iohan. vj. Nam
hunc lectorem non decet rationem reddere eorum quę
dicit: cum sit de professione eorum, qui visionibus suis
omnia probant & docent. Docemur ergo & hic Apосто-
lum Paulum eo loci non ad vniuersos Corinthios scri-
psisse, sed ad laicos tantum ideo sacerdotibus illic nihil
permisisse, sed priuatos esse vniuerso sacramento Dein
de quod noua grammatica, Accepi a domino, idem sit
quod permissum est a domino, Et tradidi vobis. id est
permisi vobis. Hoc rogo insigniter nota. Nam hic non
modo ecclesiæ, sed cui libet passim nebuloni licebit hoc
magistro

magistro permissionem facere ex vniuersis præceptis institutis ordinationibus christi & apostolorum.

Rñsio Lutheri in libros inimicorum.

Video itaq; hominem hunc angelo Satane agitatū & eos qui colludūt hoc querere, vt per me nomē aucupentur in mundo quasi digni fuerint cum Luthero cōgredi. sed frustrabitur eos spes sua, & contempti nō nominabuntur a me imperpetuum. Vna hac contentus ero responsione ad vniuersos eorum libros. Quod si digni sunt, quos christus ad sanam mentem reducat, oro vt id faciat misericordia sua: si digni non sunt, precor vt non cessent scriberere tales libros, & hostes veritatis, vt non alios mereātur legere. Vulgo & vere dicitur. Hoc scio pro certo: quod si cum stercore certo, Vinco vel vincor semper ego maculor. Deinde quia video illis ociū & chartas abundare dabo operam vt negociū scribēdi habeant copiosum. Præcurram enim vt dum gloriosissimi victores de vna aliqua mea heresi (vt eis videt) triumphant: ego interim nouam moliar. Cupio enim & ego hos insignes bellorum duces, multis titulis ornari. Itaq; dum illi murmurant, a me laudari vtriusq; speciei communionem & in maxima ista seq; dignissima re, foelicissime occupātur. Ego procedam & iam conabor ostēdere omnes esse impios, qui vtriusq; speciei communionem laicis denegant. Quod vt commodius faciam præludam de captiuitate Ecclesiæ Ro. suo tēpore daturus plurima, vbi papistæ doctissimi hunc librum superauerint.

Hoc aut facio ne si pius aliquis lector mihi fuerit obuius offēdat stercoreib⁹ istis a me tractatis & iuste grāt se se nihil legere, qđ aut igeniū colat & erudiat aut saltē
occafio

de eruditis cogitationibus. Sis enim quā iniquo aīo fe-
rant amici me occupari: istorum hoīm sordis strophis
quas ip̄a lectiōe dicūt abūde cōfutari: a me vero melio-
ra expectari q̄ satā p̄ eos tētet impedire. Horū cōsilia tā-
dem statutū est sequi & rixandi inuehendi; negociū
crabronibus istis relinquere.

De illo Italo fratre Cremonensi nihil dicā. Quod
homo simplex & Idiota aliquot locis rhetoricis me co-
natur ad sanctā sedem reuocare a qua nōdū me recess-
sisse mihi conscius sum: nec vllus commonstrauit. A-
git enim potissimū locis illis ridiculis: q̄ gratia profes-
sionis meæ: & imperij ad Germanos translati, debeā
commoueri. Videturq; oīno non tam mei reuocatio-
nem q̄ laudes Gallorum & Romani Pontificis scri-
bere voluisse, cui pmittendū est: vt hoc qualicūq; opu-
lo obsequium suum testetur. nec meretur dure tra-
tari: cum nulla malicia videatur agi, nec erudite con-
futari: cum mera inscitia & imperitia nugetur omnia.

PRINCIPIO negāda sunt mihi septem sacramē-
ta: & tantum tria pro tpe ponenda: Baptismus: Pœni-
tentia: Panis. & hæc oīa esse per Romanam curiam no-
bis in miserabilem captiuitatem ducta Eccliamq; sua
tota libertate spoliata. Quāq; si vsu loqui velim, nō ni-
si vnum sacramentum habeā & tria signa sacramenta-
lia. De quo latius suo tempore. Nunc de sacramento
panis omnium primo.

Dicam itaq; quid & in hoc sacramenti ministerio
meditatus promouerim. Nam quo tempore sermonē
de Eucharistia edebam, in vsu communi hērebam. ni-
hil de Papæ, siue iure, siue iniuria sollicitus. At nunc

B. j. puocatus

prouocatus & exercitatus, imo per vim raptus in hanc
harenam dabo libere que sentio. Rideant siue plorēt
Papistæ vel vniuersi in vnum

PRIMUM. c. vj. Iohannis in totum est supponendū
vt q̄ nec syllaba quidē de sacramēto loquitur, nō mo-
do q̄ sacramentum nondū esset institutū sed mltō ma-
gis q̄ ipsa sermonis & sētētiarū cōsequētia de fide (vt
dixi) incarnati verbī x̄pm loqui clare ostēdūt. Dicit enī
verba mea spiritus & vita sunt, ostendens se de mādu-
catione spiritali loqui: qua q̄ comedit viuūt: cum iu-
dei de carnali eū itelligerent, ideoq; litigarēt. At nul-
la māducatio viuificat nisi fidei, hęc em̄ est vere spūa-
lis & viua manducatio. Sicut & Aug. dicit. vt quid pa-
ras vētrem & dentem? crede & māducasti. Sacramen-
talis em̄ non viuificat, cum mlti manducēt idigne: vt
non possit de sacramento itelligi hoc loco locutus.

Sunt sane quidam his verbis ad sacramentum do-
cēdū abusi: vt & decretal Dudū & mlti alij. Sed aliud
est abusiue scripturas: aliud legitie itelligere alioquin
cū dicit, Nisi mādacaueritis carnē meā & biberitis sā-
guinem meum non habebitis vitam: omnes infantes:
omnes infirmos omnes absentes: aut quoquo modo in-
peditos a sacramentali manducatione damnaret, qua-
cunq; fide pręstarent, si sacramentalem manducatio-
nem ibi p̄cepisset. Sic Aug. li. ij. cōtra Iulīa. ex Inno-
cētio pbat, etiā infantes citra sacramētū māducare car-
nē, & bibere sanguinē Christi: id est eadē fide Ecclesie
cōmunicare. Sit ergo rata hęc sentētia. c. vj. Iohannis
nihīl ad rem facere. Vnde & alias scripsi Boemos non
posse p̄ vtraq; specie tuenda huic loco fideliter inniti.

Duo

autem

Duo itaq; sunt loci qui de hac re clarissime tractant Scriptura Euangelica in coena dñi. Et Paulus. j. Cori. xj. Quos videamus. Consonant enim sibi Mattheus: Marcus: & Lucas, Christum dedisse discipulis oibus totum sacramentum. Et Paulum vtranz; tradidisse partem certum est. vt ita nullus tam ipudentis frontis vnq; fuerit qui aliud diceret. His adde q; Mattheus refert nō de pane Christū dixisse, manducate ex hoc oēs, sed de calice: bibite ex hoc oēs. Et Marcus itē nō dicit, māducauerūt oēs: sed biberūt ex eo oēs. vterq; vniuersitatis notam ad calicē nō ad panē ponēs, quasi spūs futurū hoc schisma p̄uideritq; calicis cōmunionē phiberet aliquibus quē Christus oibus voluerit esse cōmune. Quanta putas suria in nos insanirent: si vocabulum omnes ad panem & non ad calicem positū iuenissent, nullum nobis prorsus effugium reliquerent. clamarent, hereticos decernerent, schismaticos damnerent. At cū a nostra parte stet, contra ipsos nullo sinūt sese claudī syllogismo homines liberrimi arbitrij, etiā in ijs q̄ dei sūt: mutādis: remutādis: & oibus cōfūdēdis.

Sed finge me ex aduerso stare: & Dominos meos Papistas interrogate. Totum sacramentum, seu vtranz; species in coena Domini, aut datum est solis presbyteris: aut simul laicis. Si solis presbyteris (id enim volunt) iam nullo modo licet vllam speciem dari laicis, non enim temere dandum est, cui Christus prima institutione non dedit.

Alioqui, si vnā xp̄i institutionē pmittimus mutari/iā vniuersas eius leges fecimus irritas, & qlibet audebit dicere se nō legari vlla eius līge aut institutione. Vna ei

B. ij. idiuīdua

indiuia tollit in scripturis maxime vniuersalem. Si simul & laicis, iam ineuitaliter sequitur laicis non debere negari vtranque speciem. Quod si denegetur dari petentibus, impie & contra Christi factum exemplum & institutionem agitur.

Ego fateor ista me ratione mihi inuicta, superatum nec legisse: nec audiuisse: nec inuenisse quid contra dicam, Cum hic Christi verbum & exemplum stet firmissime: ubi non permittendo sed precipiendo dicit, Bibite ex eo omnes. Si enim omnibus bibendum est, & illud non possit solis presbyteris dictum intelligi, certe impium est laicos petentes ab eo arceri etiam si angelus de celo hoc faceret. Nam quod dicunt Ecclesie arbitrio relictum esse distribuendam vtramque speciem, sine ratione dicitur, sine auctoritate producit: & eadem facilitate contemnitur: qua probatur, nec contra aduersarium aliquid facit, qui ut verbum & factum Christi nobis opponit: quare verbo Christi est referendus, at hoc non labemur.

Si autem vtraque species potest negari laicis / poterit eis & pars baptismi & poenitentiae tolli eodem arbitrio Ecclesiae: cum ubique sit par ratio & potestas. Quare sicut totus baptismus; totaque absolutio: ita totum sacramentum panis est, omnibus laicis dandum si petant. Satis autem miror eos asserere, presbyteris nullo modo licere in Missa vnam speciem accipere sub peccato mortali, nulla alia causa nisi quod (ut omnes vnanimiter dicunt) vtraque species, sit vnum plenum sacramentum, quod non debeat diuidi. Dicant ergo mihi quaeso, cur laicis licet diuidi, & solis eis non dari integrum sacramentum? Nonne suomet testimonio confitentur, aut laicis dandam
vtranque

vtrinq; speciē, aut vna specie non dari eis legitimū sacramentum? Quomodo in presbyteris nō est sacramentum, plenū vna species: & in laicis est plenū? Quid mīhi arbitriū Ecclesiæ & potestas Papæ hic iactatur? Nō Per hęc soluuntur verba dei, & testimonia veritatis.

Vltra sequitur, si vini speciem potest Ecclesia tollere laicis, potest & panis speciē tollere/ergo poterit totū sacramentum altaris laicis tollere, & Christi institutio nem poenitus i eis euacuare, Sed qua rogo autoritate? Si autē nō potest panē aut vtrumq; tollere, nec vinum potest nec potest haberi, quod hic dici potest aduersario, cum eandē in vtra, quæ i vtraq; specie, potestatem esse oporteat, si non in vtraq; nec in vtra. Opto audire, quid hic adultores Romani velint dicere

Sed quod maxime oim vrget, poenitusq; me concludit, Christus dicit, Hic est sanguis meus, q p vobis, & pro multis effundet, i remissionē peccatorum. Hic clarissime vides, sanguinē dari oibus, pro quorū peccatis fusus est. Quis vero audeat dicere, pro laicis nō esse fusu An non vides, quos alloquit dans calicē? Nōne oibus dat? Nōne pro oibus fusu dicit? pro vobis (iquit) esto sint ij sacerdotes, & pro multis, ij non possunt esse sacerdotes, & tamen dicit, Bibite ex eo omnes. Vellem & ego hic nugari facile, & verbis meis illudere verba christi vt meus nugator facit. Sed scripturis redarguendi sunt, qui scripturis nituntur contra nos. Hęc sunt, que me prohibuerunt Boemos damnare, qui siue sint mali siue boni, certe verbum & factum Christi habent pro se, nos autem neutrum: sed tantum inane illud hominum commentum, Ecclesia sic ordinauit, cum non Ec

B. iij. clesia,

clesia, sed tyranni Ecclesiarum citra consensum Ecclesie (id est, populi dei) ista ordinarint.

Obsecro autem, que est necessitas? que religio? que utilitas? laicis negari vtraque specie: id est, signum visibile, quando oes concedunt eis, rem sacramenti, sine signo, si rem concedunt que maior est, cur signum, quod minus est, non concedunt? in omni enim sacramento, signum, in quantum signum, incomparabiliter minus est res ipsa, Quid ergo prohibet in qua, minus dari, quando maius datur? nisi quod mihi hoc premissioe irati dei videtur contigisse, ut esset occasio schismatis in Ecclesia, qua significaretur, nos re sacramenti iam dudum amissa, propter signum, & id quod minus est, contra rem maximam & solam pugnare, sicuti quidam pro ceremonijs pugnant contra charitatem, imo ceptum videtur hoc monstrum eo tempore, quo pro diuitijs mundi cepimus contra Christianam charitatem insanire, ut deus ostenderet hoc terrifico signo, nos signa maioris ducere: quam res ipsas. Que peruersitas: si baptizando concedas fidem dari baptismi: neges autem signum fidei eiusdem id est aquam?

Ultimo: stat iunctus Paulus omnimodis obstruens ora. i. Corinth. ij. Ego accepi a domino: quod & tradidi vobis. Non dicit ut e suo cerebro frater mentitur, permisi vobis. Nec est verum, propter contentione illorum vtraque speciem donasse. primo, quod textus ipse indicat: non de vtraque specie fuisse contentionem: sed de contemptu & inuidia abundantium & egentium: ut clarus est textus: dicens. Alter esurit: alter ebrius est: et confunditis eos qui non habent. Deinde, quod non loquitur de prima sua traditione non enim dicit, accipio a domino et do vobis: sed accepi & tradidi:

dididi: scilicet i iitio pdicationis: lōge ante hāc contētiō-
nem: significans vtrāq; speciē eis tradidisse: quod tra-
didisse est p̄cepisse: sicut alibi vtitur eodē verbo. **Ni-**
hil ergo sunt, que fraternalis fumus hic de permissio-
ne: **sine scripturis: sine ratione sine causa cōglomerat.**
Aduersarij non querunt, quid ipse somniet: sed quid
scriptura in his iudicet ex qua nec apicem potest pro-
ducere pro suo somnio: cum illi tanta fulmina pro sua
fide proferant.

Surgite ergo hic vniuersi adultores Pape in vnum
fatagite: defendite vos ab impietate tyrānide: lesa ma-
iestate Euangelij: iniuria fraterni opprobrij: qui here-
ticos iactatis eos: qui non secundum merum capitis ve-
stri somnium: contra tam patentes & potentes scriptu-
ras sapiunt. Si vtri sunt heretici & schismatici nomina
di: non Boemi: non Gręci (quia Euangelij nituntur)
sed vos Romani estis heretici: & impij schismatici: qui
solo vestro figmento presumitis: contra euidentes dei
scripturas. Eluite hęc viri.

Quid vero magis ridiculum: & fraterno isto capi-
te dignius dici potuit: quam Apostolum: particulari
Ecclesie: scilicet Corinthiorum: ista scripsisse & permi-
sisse: non autem vniuersali: vnde hęc probat: Ex solito
penu: nempe proprio & impio capite. cum vniuersalis
Ecclesia: Epistolam hanc pro se acceptat: legit sequi-
tur in omnibus: cur non etiam in hac parte? Quod si
demus vnam epistolam aliquam Pauli: aut vnum ali-
cuius locum: nō ad vniuersalem Ecclesiam pertinere, iā
euacuata est tota Pauli autoritas. Corinthij em̄ dicent
ea que de fide ad ro. docet nō ad se pertinere. Qui blas-
phemus

phenius & insanius hanc insania figi possit. Absit: absit
vt vllus apex in toto Paulo sit: quem nō debeat imita
ri & seruari tota vllis Ecclesia, Non sic senserunt p̄s
vsq; in hęc tempora piculosa: in quibus p̄dixit Pau
lus: futuros esse blasphemos & cecos & insensatos.
Quorum vnus hic frater vel primus est.

Sed demus insaniā hanc intollerabilem, Si particu
lari Eccleie pmisit Paulus: recte ergo Græci: recte Boe
mi faciunt etiā te autore: sunt enim pticulares Eccle
siæ, quare satis est eos nō agere cōtra Paulū: saltē per
mittentem. Porro Paulus pmittere non potuit aliqd
contra Christi institutū. Oppono igiŕ Roma tibi: &
omnibus tuis adulatoribus: hos Christi & Pauli ser
mones: p̄ Græcis & Boemis: nec poteris vno pilo mō
strare, potestatem tibi esse datā hęc mutandi, mltō mi
nus alios p̄p̄ter tuā p̄sumptionē neglectā, hēreticos
crimīnandi. sed tu digna es, impietatis & tyrannidis
crimīne accusari. Ad hęc legimus in Cypriano: qui
vnus contra oēs Romanistas satis potens est, qui lib. v
sermone de lapsis testat̄ multis in Ecclesia illud sum fuis
se laicis: etiā pueris vtrāq; speciē, immo corpus dñi in
manu dari: vt per mltā exempla docet. Inter cœtera e
vulgo quosdā sic increpat. Et quod nō statim dñi cor
pus in quānatīs manibus accipiat: aut ore polluto dñi sa
guinem bibat: sacerdotibus sacrilegus irascitur. Vides
hic de laicis eū loqui, sacrilegis, q̄ a sacerdotibus, cor
pus & sanguinem accipere voluerūt. Habes hic adula
tor miser qd̄ gānias? Dic & hūc sanctū martyre vñū in
ecclesia, apostolico spū doctore, esse hēreticū, & in p̄ti
culari ecclesia permissione vsū. Recenset ibidem
hystoriam

quidam

hystoriam, se teste: ac p̄sente factam: vbi dyaconus calicem infantī puellę dedisset imo reluctātī: eidē infu-
disse sanguinē dñi: apertissime scribit. Idē de sc̄o do-
nato legitur: cuius calicē fractū, O miser adulator: q̄
frigide eludit, fractū (inquit) calicē lego: sanguinē da-
tum nō lego. Quid mirū: qui ī sacris scripturis intelli-
git quod vult etiā ī hystorijs legat, qđ vult. Sed nunqđ
phoc stabiliter arbitriū Ecclie, aut cōfutatur heretici:
Verū, hęc abūde satis, non em̄ vt illi responderē hęc ce-
pi, qui dignus non est responsione: sed vt rei veritatem
aperirem. Concludo itaq; Negare vtrāq; speciem
laicis esse impiū & tyrannicū: nec in manu vllius an-
geli, nedum Papę & concilij cuiuscūq; nec moror Cō-
ciliū Cōstantiense: cuius autoritas si valet, cur nō va-
let & Basiliē. quod cōtra statuit. Boemis licere vtrā-
q; speciem suscipere: quod multa disputatōe illic obtē-
tum est: vt extantes annales, & literę concilij p̄bant
quod adulator iste ignorans adducit p̄ suo somnio: ad
eo prudenter omnia tractat.

Prima ergo captiuitas huius sacramenti est, quo ad *Prima captiuitas*
eius substantiam seu integritatem, quam nobis abstu-
lit Romana tyrannis. Non quod peccent in Christū q̄
vna specie vtuntur, cum Christus non p̄ceperit vlla
vti, sed arbitrio cuiuslibet reliquit dicens, Quotiescū-
q; hęc feceritis, in mei memoriā facietis. Sed quod
illi peccant qui hoc arbitrio volentibus vtī prohibent
vtrāq; dari. culpa non est laicis, Sed sacerdotibus.
Sacramentum non est sacerdotum, sed omnium, nec
domini sunt sacerdotes, sed ministri, debentes redde-
re vtrāq; speciem petentibus quotiescunq; petierint.

C. j. Qz si

Quod si hoc ius rapuerint laycis & vi negauerint tyranni sunt, layci sine culpa, vel vna vel vtraque carent. fide iterum seruandi & desiderio integri sacramenti. Sicut baptismum & absolutionem debent petenti, tanquam ius habenti ipsi ministri, quod si non dederint, petens plenum habet fidei suae meritum, ipsi coram Christo serui neque accusabuntur. Sicut olim in Eremo sancti patres, in multis annis non communicauerunt vlla specie sacramenti.

Itaque non hoc ago, ut vi rapiatur vtraque species, quasi necessitate precepti, ad eam cogamur. Sed conscientiam instruo: ut patiatur quisque tyrannidem Romanam, sciens sibi raptum per vi ius suum in sacramento, propter peccatum suum, tantum hoc volo: ne quis Romanam tyrannidem iustificet quasi recte fecerit: vnam speciem laycis prohibens: sed detestemur eam: nec consentiamus ei: tamen feramus eam non aliter ac si apud turcam essemus captiuus: ubi neutra specie liceret vti, Hoc est: quod dixi mihi pulchrum videri si generalis Concilij statuto ista captiuitas solueretur: & nobis Christiana illa libertas e manibus Romani tyranni restitueretur: & cuiusque suum arbitrium petendi utendique relinqueretur: sicut in Baptismo & Poenitentia relinquitur. At nunc cogit singulis annis vnam speciem accipi eadem tyrannide: adeo extincta est libertas nobis a Christo donata: sic meruit impia nostra ingratitude.

Secunda captiuitas

Altera captiuitas eiusdem sacramenti mitior est: quod ad conscientiam spectat: sed quam multo omnium periculosissimum sit tangere nedum damnare. Hic Vigilista: & sexcentis nominibus hereticus ero.

Quid tamen: postquam Romanus Episcopus Episcopus esse desijt

desijt: & tyrannus factus est: non formido eius vniuer-
sa decreta: cuius scio non esse potestatem: articulos no-
uos fidei condēdi. nec Cōcilij q̄ dē gñalis. Dedit mihi
quōdam: cum Theologiā scholasticam haurirē occa-
sionem cogitādi D. Cardī. Camera. lib. sniarum quar-
to: acutissime disputans: multo probabilius esse: & mi-
nus superfluorū miraculorum poni: si i altari verus pa-
nis. verūq; vinum nō aūt sola accidentia esse astruerē-
tur nisi Ecclesia determinasset contrarium. Postea vi-
dēs: que esset Ecclesia que hoc determinasset: nempe
Thomistica: hoc est Aristotelica: audacior factus sū:
& qui inter saxum & sacrum herebam. tandem stabili-
ui conscientiam meam. sententia priore.

Esse videlicet: verum panem: verumq; vinum: in quib-
us Christi vera caro: verusq; sanguis: non aliter nec
minus sit: q̄ illi sub accidentibus suis ponunt: quod fe-
ci: quia vidi Thomistarum opiniones: siue probentur
a Papa: siue a Concilio: manere opiniones: nec fieri ar-
ticulos fidei: etiam si angelus de coelo aliud statueret.
Nam quod siue scripturis asseritur: aut reuelatione p̄-
bata: opinari licet: credi non est necesse.

Hæc autem opinio Thomæ: adeo sine scripturis & ra-
tione fluctuat vt nec philosophiam: nec dialecticam
suam nouisse mihi videatur. Lōge enim aliter Aristo-
teles de accidentibus & subiecto: q̄ sctūs Thomas lo-
quitur: vt mihi dolendum videatur: pro tāto viro: qui
opiniones in rebus fidei: non modo ex Aristotele tra-
dere: sed & super eum quem non intellexit: conatus est
stabilire. Infoelicissimi fundamenti, Infoelicissima
structura

PERMITTO itaq; qui volet vtrāq; opinionem
C.ij tenere

tenere: hoc solum nunc age: vt scrupulos conscientiarū
de medio tollam: ne q̄s sereum hæreseos metuar: si i al-
tari verum panē: verumq; vinū esse crediderit. Sed libe-
rum esse sibi sciat: citra periculū salutis: alterutrū ima-
ginari: opinari & credere: cū sit hic nulla necessitas fi-
dei. Ego tamen in eā nunc prosequor sniam. Primū: no-
le eos audire: nec tantilli facere qui clamaturi sunt hoc
esse Viglephisticū: Hussiticū hæreticū: & cōtra Ec-
clesiæ determinationem: cū hoc nō faciant nisi ij: quos
multis modis hæreticos esse cōuici in re indulgentia-
rum: lib. arb. & gratia dei: operibus bonis & peccatis
& ce. vt si Viglephus semel fuit hereticus: ipsi decies
heretici sint & pulchrū sit ab hereticis & peruersis so-
phistis culpari & criminari: quibus placuisse summa
impietas est. Preterea: quod suas sententias non alia re
probare: nec contrarias alia ratione improbare possunt
quam dicendo: hoc est Viglephisticū: Hussiticū / hæ-
reticū, Hoc enim elumbe in summa semper natat salu-
ua: atq; aliud nihil: vbi si petas scripturā dicūt. Nos sic
sentimus & Ecclesia (idest nos ipsi) sic determinauit
adeo homines reprobī circa fidem & incredibiles: no-
bis sua fantasmata: autoritate ecclesiæ: pro articulis fi-
dei audent proponere.

Est autem meæ sententiæ: ratio magna imprimis il-
la: quod verbis diuinis: non est vlla faciēda vis: neq;
per hominem: neq; per angelum: sed quātū fieri potest
in simplicissima significatione seruāda sunt: & nisi ma-
nifesta circūstātia cogat: extra grāmaticā & propriā ac-
cipienda non sunt: ne detur aduersariis occasio: vniuer-
sam scripturam eludendi. Quo consilio recte. Orige-
nes

BRITTO: spivolevavp: p: OTTIMA
nes

nes olim repudiatus est, quod ligna & omnia que de pa-
radiso scribuntur grammatica locutione contempta: iale-
gorias verterit cum hinc possit duci: ligna non esse
creata a deo. Ita & hic cum Evangelistę clare scribant
Christũ accepisse panẽ ac benedixisse, & actũ liber
& Paulus apostolus: panẽ deinceps appellent, verum
oportet intelligi panẽ: verũq; vinũ: sicut verũ calicem
non em calicẽ transubstantiari etiã ipi dicunt. Transub-
stantiationẽ vero potestate diuina factã: cum non sit
necesse poni p figmento humane opinionis haberi q̃a
nulla scriptura: nulla rone nititur vt videbimus.

Absurda est ergo & noua verborum ipositio: panẽ
p specie vel accidentibus panis vinũ p specie vel acci-
dentibus vini accipi. Cur nõ & oia alia: p speciebus &
accidentibus accipiunt? Quod si cetera oia constarẽt
non tamen liceret: verba dei sic eleuare: & cum tanta
iniuria suis significationibus exinaniri,

Sed & Ecclesia vltra mille ducetos años recte credi-
dit: nec vsq; nec vnq; de ista transubstantiatione (por-
tentoso scilicet vocabulo & somnio) meminerũt sancti
patres: donec cepit Aristoteles simulata philosophia
in Ecclesia grassari: in istis trecentis nouissimis annis
in quibus & alia multa perperam sunt determinata qua-
le est Essentiam diuinam, nec generari nec generare.
Animam esse formam substantialem corporis huma-
ni. & ijs similia: que nullis prorsus asseruntur rationi-
bus aut causis vt ipsemet cofitetur Cardinalis Came.

Dicent fortassis: periculum Idolatrię cogere: vt
non sit panis & vinum vere. Rídiculum hoc valde, cũ
subtilem philosophiã de substantia & accidẽtibus laici

C. iij. nunq̃

nunq̄ cognouerit: nec si docerent: capere possint & idē
sit periculū, salutis accidētibus. q̄ vident, quod in sub-
stantia: quam non vident. Si enim accidentia non ado-
rant: sed latentem ibi Christum: cur adorarent panem
quem non vident?

¶ Curaūt non possit Christus corpus suū, itra substā-
tiam panis continere: sicut in accidētibus? Ecce ignis
& ferrum duę substantię: sic miscentur in ferro ignito
vt quelibet pars sit ferrum & ignis, Cur non multo ma-
gis: corpus gloriosum Christi sic in omni parte substā-
tię panis esse possit?

¶ Quid facient? Christus ex vtero matris natus cre-
ditur illeso. Dicant & hic carnē illam virginis iterim
fuisse annihilatam: seu vt aptius dici volūt trāssubstan-
tiam: vt Christus, i accidētibus eius iuolutus tādē p
accidentia p̄diret. Idem dicendū erit: de ianua clausa: &
ostio monumenti clauso per q̄ illesa intrauit & exiuit.
Sed hic nata est Babylonia illa, philosophiæ istius, de
q̄titate continua distincta a substātia: donec eo ventū
sit, vt ignorent & ipsi: q̄ sint accidentia, & que substan-
tia. Nā quis certo monstrauit vnq̄: calorē: colorem: fri-
gus: lucē: pondus: figuras: esse accidentia? Deniq; acci-
dentibus illis i altari: coacti sunt fingere: nouū esse ac-
creari a deo propter Aristotele: qui dicit, Accidētis es-
se est inesse. Et infinita monstra: quibus oibus essentia
berī: si simpliciter panē ibi esse verum sinerent. Et pla-
ne gaudeo: saltē apud vulgum: relictam esse simplicē
fidem sacramenti huius. Nā vt non capiunt: ita nec dis-
putant: an accidentia ibi sint sine substātia: sed simpli-
ci fide, Christi corpus & sanguinē: veraciter ibi conti-
neri

neri credunt: dato ociosis illis negotio de eo: quod con-
tinet disputandi.

At dicent forte: Ex Arist. doceri: subiectum & pre-
dicatum propositionis affirmatiue debere pro eodem
supponere: seu (vt bestie ipsius verba ponam) ex. vj. me-
taphisicorum. Ad affirmatiua requiritur extremoru
compositio: qua illi exponunt pro eodem suppositione
Quare dum dico, hoc est corpus meum subiectum no
posse pro pane supponere: sed pro corpore Christi.

Quid hic dicemus? quando aristotelē & humanas
doctrinas facimus tam sublimium & diuinarum reru
celes? Cur no explora ista curiositate: in verbis Chri-
sti simpliciter hæremus: parati ignorare quicquid ibi
fiat contentiq; verum corpus Christi virtute verboru
illic adesse? An est necesse, modos operationis diuinæ
omnino comprehendere?

Veru qd ad Aristotelē dicunt? Qui subiectu omni-
bus predicamētis accidētū tribuit, licet substantiā velit
esse primū subiectū, Vnde apud eū: hoc albū, hoc ma-
gnū, hoc aliq d sūt subiectū de quibus aliq d pdicatur.
Que si vera st Quero, si ideo est trāsubstantiatio ponē-
da: ne corpus Christi de pane verificet, cur non etiā po-
nitur trāaccidētatio: ne corpus xpi de accidente affir-
met? Nā idē piculū manet si p subiectū itelligat q hoc
albū: vel hoc rotūdū ē corpus meū / & qua rōne trāsub-
stantiatio ponit / ponēda est & trāaccidētatio: ppter sup-
positionē istā extremorū p eodē. Si aut itellectu ex-
cedēs / eximis accidēs / vt nō velis subiectū p eo suppo-
nere / cū dicis, Hoc est corpus meū. cur non eadē facili-
tate transcendis substantiā panis / vt & illam velis non
accipi

accipi per subiectū vt nō minus in substantia quā acci-
dente sit: hoc corpus meū. presertim cum diuinū illud
sit opus virtutis omnipotentis: quæ tantū & taliter ī sub-
stantia: quantū & qualiter in accidente potest operari:
Sed ne nimīū philosophemur: Nōne Xps videt hū-
ic curiositatī pulchre occurrisse/ cū nō devino dixerit:
hoc ē sāguis meus, sed hic ē sāguis meus Et multo clari-
us: cū calicis miscet nomē: dicens Hic calix noui testamē-
ti in meo sanguine. Nonne videtur nos voluisse ī sim-
plici fide continere tantū: vt crederemus sanguinē suū
esse in calice? Ego sane, si non possum cōsequi: quo mo-
do panis sit corpus Christi captiuabo tamē intellectū
meum in obsequiū Christi. & verbis eius simpliciter ī-
hærens, credo firmiter: non mō corpus Christi esse in
pane: sed panē esse corpus Christi. Sic enim me serua-
būt verba: vbi dicit, Accipit panē. gratias agēs, fregit
& dixit, Accipite: māducate hoc (id est hic panis, quē
acceperat & fregerat) ē corpus meū Et paulus. Nonne
panis quē frangimus participatio corporis Christi est?
Non dicit, ī pane est, sed ipse panis est participatio cor-
poris Christi. Quid si philosophia hæc nō capit? Ma-
ior ē spūs sanctus quā Aristoteles, Nnuquid capit trās-
substantiationē illorum, cum & ipsi fateantur, hic vni-
uersam philosophiā tuere? Quod autē ī græco & lati-
no, pronomē hoc, ad corpus refertur, facit similitudo
generis: sed ī hebræo, vbi neutrum genus nō est, refer-
tur ad panē vt si liceat dicere, Hic ē corpus meū: quod
& ipse vsus loquēdi & sensus cōmunis pbat, subiectū
scilicet esse monstratiuū panis, & non corporis, dū di-
cit. Hoc est corpus meū: das ist meyn leyp: id est iste
panis

panis est corpus meum.

Sicut ergo in Christo res se habet: ita & in sacramēto. Non enim ad corporalem inhabitationem diuinitatis necesse est transsubstantiari humanā naturā: vt diuinitas sub accidentibus humanæ naturæ teneatur. Sed integra vtraq; natura: vere dicitur, Hic homo est deus hic deus est homo. Quod et si philosophia nō capit fides tamen capit. Et maior est verbi dei autoritas: quā nostri ingenij capacitas. Ita in sacramento: vt verū corpus: verusq; sanguis sit: non est necesse panem & vinū transsubstantiari: vt Christus sub accidentibus teneatur sed ytroq; simul manente vere dicitur: hic panis est corpus meum hoc vinū est sanguis meus: & ecōtra Sic interim sapiam: pro honore sanctorum verborum dei quibus per humanas ratiunculas non patiar vim fieri: & ea in alienas significationes torqueri: permitto tamē alijs opinionem alteram sequi: quæ in decretali firmiter statuitur. Modo non vrgeam, suas opiniones (vt dixi) pro articulis fidei a nobis acceptari.

*Correctio raph
his sacramentis*

Tertia captiuitas eiusdē sacramēti, Est lōge ipijllimus ille abusus, quo factū est vt fere nihil sit hodie in Ecclesia receptius ac magis persuasū: quā Missā esse opus bonū & sacrificiū. Qui abusus, deinde iundauit in infinitos alios abusus: donec fide sacramēti penitus extincta, meras nūdinas, cauponatiōes, & questuarios quosdā cōtractus, e diuino sacramēto fecerit. Hic participatiōes fraternitates, suffragia, merita, āniuersaria, memoriæ: & id genus negotiorum in Ecclesia venduntur: emūtur paciscuntur: componunt: pendetq; in his vniuersa aliamonia sacerdotum & monachorum.

D. j. Rem

Rem arduam: & quā forte sit ipossibile cōuelli: ag-
gredior, vt quæ tanto seculorum vsu firmata: omniū-
q; consensu probata: sic isederit: vt necesse sit maiorem
partem librorū: qui hodie regnant: & pene vniuersam
Ecclesiarū faciē tolli & mutari: penitusq; aliud genus
cerimoniarum induci: seu potius reduci Sed Christus
meus viuūt: & maiori cura verbum dei oportet obser-
uare quam omnium hominum & angelorū intelligen-
tias. Ego mea vice fungar: rem ipsam in lucem produ-
cturus: gratisq; sicut accepi veritatē: sineq; inuidia cō-
municaturus. cæterum: quisq; suæ salutis rationem ha-
beat: incredulitatis suæ & ignoratæ veritatis culpam:
me ne vllus torquere possit, coram iudice Christo: fide-
liter operam dabo.

PRINCIPIO, vt ad veram liberamq; huius sacra-
menti scientiam tuto & foeliciter perueniamus: curan-
dum est ante omnia: vt omnibus ijs sepositis quæ ad in-
stitutionem huius sacramenti primitiuani & simplicē:
humanis studijs & feruoribus sunt addita. Qualia sūt
vestes, ornamenta: cātus: p̄ces: organa: lucernæ: & vni-
uersa illa visibiliū rerū pompa: ad ipsam solā & puram
Christi institutionem oculos & animū vertamus: nec
nobis aliud pponamus: quā ipsum verbū christi: quo
instituit & perfecit ac nobis cōmendauit sacramentū
Nam in eo verbo & prorsus nullo alio: sita est vis: natu-
ra. & tota substantia Missæ, Cætera omnia sunt humana
studia, verbo Christi accessoria: sine quibus missa opti-
me potest haberi & subsistere. Verba autem Christi: q-
bus sacramentum hoc instituit: sunt hæc,

Cænantibus aut eis, accepit Ihesus panem & bñdi-
xit

xit ac fregit, deditq; discipulis suis & ait, Accipite & manducate/hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur. Et accipiens calicē gratias egit & dedit illis dicens Bibite ex hoc oēs. Hic est calix nouū testamentum in meo sanguine: qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Hoc facite in meā cōmēorationē.

Quę verba & Apostolus. j. Corinthio. xj. tradit & latius explicat: quibus nos oportet niti, & super ea ēdificari: ceu supra firmam petram / si non volumus omnivento doctrinę circumferri: sicut hactenus circūlati sumus: per impias doctrinas hominum auersantium veritatem. Nihil em̄ in his omissum: quod ad integritatē / vsum / & fructum huius sacramenti pertinet nihilq; positum: quod superfluum: & non necessarium sit nobis nosse. Qui ei omissis his verbis / de Missa vel meditatē vel docet, monstra impietatis docebit: vt factū est p̄ eos, qui opus operatum, & sacrificium ex eo fecerunt.

Stet ergo primū & infallibiliter, Missā seu sacramentum altaris, esse testamentū Christi: quod moriēs post se reliquit distribuēdū suis fidelibus. Sic ei habēt eius verba, Hic calix nouū testamētū, in meo sanguine. Stet inquā ista veritas vt fundamētū immobile, sup quod oīa struemus, q̄ dicenda sunt. hoc em̄ videbīs, vt subuertemus oēs hoīm impietates: in hoc dulcissimū sacramentū inuectas. Verax ergo Christus vere dicit, Hoc esse novum testamētū in sanguine suo p̄ nobis fuso Nō frustra hæc iculco, res est nō parua: & in his sensibus reponēda

Queramus ergo qd sit testamētū: & simul habebimus: quid sit missa: quis vsus: quis fructus: quis abusus eius Testamētū absq; dubio est p̄missio morituri: quā

D. ij. nuncupat

*2mū sit om
2 sacramentum*

nuncupat hereditatem suam: & instituit hæredes. In-
uoluit itaq; testamentum, primo mortem testatoris: de
inde hereditatis promissionem & hæredis nūcupatio-
nem. Sic enī Paulus Ro. quarto. & Gal. tertio & quar-
to & He. ix diffuse testamentū tractat. Q; & i verbis
istis Xpi clare videmus. Mortē suam Xps testatur: dū
dicit, Hoc est corpus meum: qđ tradetur. Hic sanguis
meus: qui effundetur. Hereditatē nūcupat & designat
cum dicit i remissionē pctorū. Hæredes aut instituit
cum dicit: pro vobis & pro mltis: id est qui acceptāt &
credunt pmissioni testatoris. Fides em̄ hic hæredes fa-
cit vt videbimus.

o Vides ergo: qđ Missa (quā vocamus) sit pmissio re-
missionis pctorum a deo nobis factā, & talis promissio
quę p mortem filij dei firmata sit. Nā pmissio & testa-
mentum: non differūt alio: qđ qđ testamentū simul iuol-
uit mortē pmissoris. Et testator: idē est qđ moriturus
pmissor/promissor autem victurus (vt sic dicam) testa-
tor. hoc testamentum Xpi præfiguratū est i oibus p-
missionibus dei ab iitio mūdi: imo omnes promissio-
nes atique: i ista noua futura i Xpo promissione value-
rūt, qđ quid valuerunt i ea; pepēderūt. Inde vsitatissi-
ma sūt illa i scripturis verba: pactū: foedus: testamentū
dñi. Quibus significabā: deus oli moriturus. Nā vbi
testamentum est, mors testatoris intercedat necesse ē.
Hebreorum. x. Deus aut testatus est ideo necesse fuit
eum mori. mori aut non potuit: nisi eēt homo, ita i eos-
dem testamenti vocabulo compendiosissime: & incar-
natio, & mors Christi comprehensa est.

EX quibus iam sua sponte patet quis sit vsus & abu-
sus

sus Missæ, quæ digna vel indigna præparatio. Si enim promissio est: vt dictum est, nullis operibus: nullis viribus nullis meritis ad eam acceditur: sed sola fide Vbi enim verbū promittēs dei, ibi necessaria est fides acceptantis hominis, vt clarum sit iūctum salutis nostræ eē fidem que pendeat i verbo promittentis dei: q̄ citra omne nostrum studium, gratuita & imerita imi sericordia nos præuenit, & offert promissionis suæ verbum, Misit enim verbum suum & sic sanauit eos. Non autē accepit opus nostrum. & sic saluauit nos. Verbum dei omnium primum est, quod sequitur fides: fidem charitas, Charitas deinde facit omne bonum opus: quia nō operatur malum, imo est plenitudo legis. Nec alia via potest homo cū deo, aut conuenire, aut agere, q̄ per fidem. i. vt non homo suis operibus vllis: sed deus sua promissione sit autor salutis vt omnia pendeant, portentur, seruenturq; in verbo virtutis suæ: quo genuit nos: vt esse mus iūctum aliquid creaturæ eius.

SIC Adæ post lapsum erigendo, dedit hanc promissionē dicens ad serpentē. Inimicitias ponā inter te & mulierem: inter semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo illius. In hoc promissionis verbo, Adam cum suis. tanq̄ in gremio dei portatus est, & fide illius seruatus, expectans longanimiter mulierē quæ conteret caput serpentis: sicut deus promisit. Et in hac fide & expectatione etiā mortuus est: ignarus: quando: & qualis esset futura: futuram tamen non diffidens. Nam talis promissio: cum sit veritas dei: etiā in inferno seruat credentes: & expectantes eam. Post hanc secuta est promissio illa fa-

D. iij. cta

cta Noe: vsq; ad Abraham: dato pro signo foederis ar-
cu nubium cuius fide: ipse & posterii eius: propitiū deū
inuenerunt. Post hunc Abraham promisit benedictio-
nem omnium gentium in semine eius Et hic est sinus
Abraham: in quem recepti sunt posterii eius. Deinde
Moyli & filijs israel: præcipue Dauid. apertissimā de
Christo promissionem dedit: quo reuelauit tandem:
quæ fuerit præcis facta promissio.

SIC ventum est ad promissionem omnium perfe-
ctissimam noui testamenti, in qua apertis verbis, vita
& salus gratuito promittuntur: & credentibus promissio-
ni donantur, Et insigni nota discernit, hoc testamentū
a veteri dum dicit, Nouum testamentum Vetus enim
testamentū per Moysen datum, erat promissio: non re-
missionis peccatorum: seu æternarum rerum sed tem-
poralium, nempe terræ Canaan: per quam nemo reno-
uabatur spiritu, ad hæreditatē cœlestem capeſſendam
vnde & irrationalem pecudem in figura Christi oportebat occidi: in cuius sanguine idem testamentum cō-
firmabatur vt qualis sanguis tale testamentum: qualis
hostia: talis promissio. At hic dicit, Testamentum no-
uum in meo: non alio: sed proprio sanguine quo gratia
per spiritum: in remissionem peccatorum ad hæredita-
tatem capiendam promittitur.

EST itaq; Missa, scdm substantiam suā proprie ni-
hil aliud q̄ verba Xpi prædicta, Accipite & manducate,
&c. ac si dicat, Ecce o homo peccator & dānatus, ex mera
gratuitaq; charitate qua diligo te, sic volēte miarū præ-
his verbis promitto tibi: añ oē meritū & votū tuū: remis-
sionē oīm peccatorū tuorū: & vitā æternam, Et vt certissim-
mus

mus de hac mea promissione irreuocabili sis, Corpus
meum tradam, & sanguinem fundam morte ipsa hanc
promissionem confirmaturus, & vtrunq; tibi in signum
& memoriale eiusdem promissionis: relicturus.

Quod cum frequentaueris: mei memor sis: hanc meam in
te charitatem & largitatem predicet & laudes & gratias agas.

EX quibus vides: ad Missam digne habendam: aliud
non requiri quam fidem: quam huic promissioni fideliter nitatur
Christum in his suis verbis veraciter credat, & sibi haec im-
mensa bona esse donata: non dubitet. Ad fidem mox sequitur
sua sponte dulcissimus affectus cordis: quo dilatatur
& impinguatur spiritus hominis (haec est charitas: per spiritum sanctum
in fidem Christi donata) ut in Christum: tam largum & beni-
gnum testatorem rapiatur: fiatque poenitentis alius & nouus
homo. Quis enim non dulciter lachrymetur, imo praeter
gaudio in Christum pene examinetur, si credat fide in-
dubitata hanc Christi promissionem inestimabilem
ad se pertinere? Quomodo non diliget tantum bene-
factorem, quam indigno & longe alia merito: tantas diuitias
& haereditatem hanc aeternam: preueniens offert
promittit: & donat.

QUOD CIRCA vna & sola miseria nostra. quod multas
Missas in orbe habemus: & nulli vel pauci has pro-
missiones & diuitias propositas agnoscimus, conside-
ramus: & apprehendimus. Cum reuera in Missa aliud
agere non oporteat maiori: immo unico studio: quam ut haec
verba: has promissiones Christi: quae vere sunt ipsa missa: ante
oculos versaremus: meditaremur & rumiaremus quo fi-
dem in ea exerceremus: nutrire: augere & roborare-
remus: hac quotidiana commemoratione, hoc est ei quod praecipit
dicens

dicens, Hoc facite in meā cōmemorationē : hoc ipsum agere deberet Euangelista: vt promissionē istā populo fideliter iculcaret: et commēdaret ad prouocandā fidē eorum in eādem. At nunc: quota pars nouit missā esse promissionē Christi: (vt taceam ipios fabulatores: qui humanas traditiones vice tantæ promissionis docent) Quod si etiam hæc verba Christi docent : non tamen nomine promissionis aut testamenti: ac per hoc nō ad obtinandam fidem docent .

Quin quod deploramus in hac captiuitate : omni studio cauetur hodie, ne verba illa Christi, vllus laicus audiat, quasi sacratiora: quā vt vulgo tradi debeāt. Sic enim insanimus, et verba consecrationis (vt vocāt) nobis sacerdotibus solis arrogamus occulte dicenda ficta men: vt ne nobis quidē profint, cū nec ipsi ea vt promissiones seu testamentū habeamus ad fidē nutriendam . sed nescio, qua superstitione & impia opinione, ea reueremur potius, q̄ eis credimus. Qua miseria nostra, qd aliud? Satan in nobis operatur: quā vt nichil de missa in ecclesia reliquū faciat, curet tamen interim omnes angulos orbis missis plenos esse : hoc est abusionibus & irrisionibus testamēti dei grauissimisq; idolatriæ peccatis, mundum assidue magis ac magis onerari ad dānationem maiorem augēdam? Quod enim idolatriæ peccatum grauius esse potest, q̄ promissionibus dei, puerfa opinione abuti, et fidem in easdem, vel negligere vel extinguere?

Neq; enī deus (vt dixi) aliter cū hominibus vnq̄ agit aut agit: quā verbo promissionis. Rursus, nec nos cum deo vnq̄ agere aliter possumus, q̄ fide, in verbum promissionis

missionis eius. Opera ille nihil curat, nec eis indiget:
quibus potius erga homines & cum hominibus & nobis
ipsis agimus. Indiget autem, ut verax in suis promissis a no-
bis habeatur: talisque longanimiter sustineatur, ac si fide
spe & charitate colatur. Quo fit/ ut gloriam suam in nobis
obtineat, dum non nobis currentibus, sed ipso miserente.
promittente, donante, omnia bona accipimus & habemus
Ecce hic est verus cultus dei & latria, quam in missa
debemus persolvere. Sed cum promissionis verba non tra-
duntur, que fidei exercitatio haberi potest? At sine fide
quis sperat? quis amat? sine fide, spe, & charitate que latria?
Non est itaque dubium, uniuersos hodie sacerdotes & mo-
nachos cum Episcopis & omnibus suis maioribus esse idola-
tras, in statu periculosissimo agentes ob hanc missam sed sacra-
menti, seu promissionis dei ignorantiam, abusionem, irrisionem
Quilibet enim facile intelligit: quod hec duo sunt simul
necessaria promissio & fides. sine promissione enim credi ni-
hil potest: sine fide autem promissio inutilis est: cum per fide
stabiliam & impleam, Ex quibus itidem facile quiuis colligit
Missam cum sit aliud nihil: quam promissio: hac fide sola adiri &
frequenter, sine qua: quicquid preclarum: preparatorio-
rum: operum signorum: gestuum: afferunt: irritabula sunt impieta-
tis: magis quam officia pietatis. cum fere fiat ut his paratis
existimet: sese legitime altaria accedere: & reuera non
fuerint vlllo tempore vel opere magis inepti: propter infi-
delitatem quam secum afferunt. Quantos passim videas &
quotidie sacrificulos qui si vel inepte vestiti: vel illotis
manibus: vel inter precandum titubantes quid leuiuscu-
le errauerit: ingenti sese miseri crimine reos faciunt. At
quod missam ipsam. id est diuinam promissionem non obseruant

E. j. neque

*Massam par
vobis quod sit*

neq; credunt prorsus: ne tantillum quidem habent cōscientiæ. O indigna religio nostro seculo, omnium impijssimo & ingratiſſimo.

*paratum
missæ*

Præparatio itaq; digna & vsus legitime non est, nisi fides, qua creditur Missæ: id est, diuinę promissioni. Quocirca, accessurus ad altare siue sacramentum accepturus, caueat, ne vacuus appareat i conspectu dñi dei. Vacuus autē erit si fidē non habuerit i Missam seu testamentum hoc nouū. Qua impietate, quid posset grauius committere i diuinam veritatē? quam hac incredulitate sua, quantū est in se, mēdacem arguit, & vane promittentē. Tutissimum itaq; fuerit ad Missā nō alio animo accedere, quam si ad audiendam quālibet aliā promissionem dei velis accedere; hoc est, vt paratus sis non multa operari, & afferre, sed omnia credere & accipere, quę tibi illic promittuntur, seu promissa pronunciantur, per ministeriū sacerdotis. Hoc animo si non ueneris, caue accesseris, in iudicium sine dubio accedes.

*Tota virtus
missæ*

Recte itaq; dixi totā virtutē Missę consistere i verbis Christi, quibus testatur remissionē peccatorum donari oībus, q̄ credūt, corpus eius tradi: & sāguinē eius fundi, pro se. Atq; ob hāc rē, nulla re magis opus esse audituris Missam quam vt ipsa verba sedulo & plena fide meditentur: quod nisi fecerint: frustra oīa alia fecerint. Hoc sane verum est: in oī p̄missione sua deus fere solitus est adijcere signū aliquod, ceu monumētū, ceu memoriale p̄missionis suę quo fidelius seruaretur, & efficacius moneret. Sic in p̄missione Noe data de nō p̄denda terra alio diluuiō dedit arcū suum in nubibus, quo dixit sese recordaturū foederis sui. Et abrahę, post p̄missione

pen

13

promissionē

promissionem hereditatis in semine suo, dedit circum-
cisionem in signaculū iusticię fidei. Sic Gedeoni de-
dit vellus aridum & roridum: ad firmandam pmissio-
nem suam super vincendis Madianitis. Sic Ahas per
Esayam obtulit signū pro vincendo rege Syrię & Sa-
marie: quo pmissioni suę fidem in eo firmaret. Talia
multa legimus signa promissionum dei in scripturis.

Sic & in Missa, hac oīm princípe promissione adie-
cit signum memoriale tantę promissionis: suum ipsius
corpus & suū ipsius sanguinem: in pane & vino: sicut
dicit, Hoc facite in meā cōmemorationem. Sic in Ba-
ptismo verbis pmissionis adijcit signum merisionis in
aquā. Ex quibus itelligimus: in qualibet promissione
dei duo proponi: verbum & signum: vt verbum intelli-
gamus esse testamentum: signū vero esse sacramētum
vt in Missa: verbum Christi est testamentum: panis et
vinum sunt sacramentum. Atq; vt maior vis sita est in
verbo quam signo, ita maior in testamento quam sacra-
mento. Quia potest homo verbum seu testamentū ha-
bere & eo vtī: absq; signo seu sacramento. Crede, iquit
Augu. & manducasti, Sed cui creditur, nisi verbo pro-
mittentis? Ita possum quotidie immo omni hora, Mis-
sam habere, dum quoties voluero possum verba Chris-
ti michi proponere, & fidem meam in illis alere & ro-
borare, hoc est reuera, spiritaliter māducare & bibere

Hic vides, quid & quantum Theologi sententia
rij i hac re prestiterint. Primum: id quod summum et
capitale est, nempe, testamentum & verbū promissio-
nis, nullus eorū tractat, atq; ita fidem & totā misse vir-
tutē nobis obliterarūt. Deinde alterā eius partem, sci-

E. ij. licet

*observatum
generis vltimo
missi theologi*

licet signum seu sacramentum, solum versant: sed ita ut
nec in hanc fidē doceāt, sed suas preparaciones & opa
opata p̄ticipatiōes & fructus, missam, donec in pfundū
venerint & de transsubstantiatiōe, alijsq; infinitis meta
phycis nugis nugarentur, & scientiam verumq; vsū
tā testamēti q̄ sacramēti, cū vniuersa fide abolerēt face
rētq; vt populus Xpi (vt p̄pheta dicit) obliuisceret dei
sui diebus innūeris Tu vero sine alios p̄censere varios
fructus auditæ Missæ, & aim tuū huc intende, vt cū p̄
pheta dicas & credas, hic tibi a deo patā eē mēsam corā
te aduersus oēs q̄ tribulant te: ī qua pascatur & pigues
cat fides tua. Nō aut pascitur fides tua, nisi p̄missio
nis diuinæ verbo. Homo em̄ nō ī solo pane viuit, sed
īn oī verbo quod procedit de ore dei Quare ī missa an
te oīa verbi p̄missionis te obseruatorem eē curiosissi
mū oportet, tāq; opulētissimi cōiuij, oimodæ pascuæ
& sc̄tē refectiōis tuæ, vt hoc p̄ oībus maximifacias,
plurimum ī id cōfidas & firmissime ī eo hæreas, etiā
per mortem & omnia peccata. Quod si feceris, non so
lum stillas istas & minutias fructuum Missæ, quas qui
dā etiā superstītiōse finxerūt, sed ipsum fōtem princī
palem vitæ obtinebis, fidem scilicet verbi, ex qua om
ne bonum fluit, sicut Iohan. quarto. dicit, Qui ī me
credit de ventre eius fluent aquæ viuæ. Item qui bi
berit ex aqua, quam ego dabo/ fiet ī eo fons aquę viuæ
salientis ī vitam æternam.

IAM duo sunt quę solent nos tentare, ne fructus
Missæ percipiamus. Alterum est nos eē peccatores &
īndgnos pre nimia vilitate, rebus tantis. Alterum etiā
si digni essemus, magnitudo tamen rerum tanta est vt
natura

natura pusillanimis non audeat ea petere aut sperare.
Nam remissione peccatorum & æternam vitam q̄s
non stupeſcat potius q̄ optet, ſi digne penſetur magni-
tudo bonorum: quę per ea veniunt: habere ſcilicet deũ
patrem eſſe: filium: hæredem omnium bonorum dei.
Aduerſus hanc geminam puſillanimitatem, oportet
vt verbum Chriſti apprehendas; ipſumq; multo for-
tius intuearis: q̄ has cogitationes infirmitatis tuę.
Magna enim ſunt opera domini: exquisita in omnes
voluntates eius: qui potens eſt dare: ſupra q̄ petimus,
aut intelligimus. Niſi enim ſuperarent noſtrã digni-
tatem: noſtram capacitatem: noſtrum deniq; omnem
ſenſum: diuina non eſſent. Sic & Chriſtus nos animat
dicens. Nolite timere puſillus grex, placuit enim pa-
tri veſtro: dare vobis regnum. Hęc ipſa enim exuberã-
tia incomprehenſibilis dei in nos per Chriſtum effuſa
facit, vt eum rursus ſuper omnia ardentiffime diliga-
mus: ſumma fiducia in eum feramur: omnia contem-
namus prompti ſimus omnia pro eo pati vnde & recte
ſons dilectionis hoc ſacramentum eſt appellatum.

IN qua re exemplum tibi ſume ex hominibus. Si
enim cuiq; mendico, aut etiam indigno & malo ſeruo
legaret ditiffimus dominus mille aureos, certe cum fi-
ducia eos poſtularet & acciperet, nec indignitatis ſuę
nec magnitudinis teſtamenti habita ratione. Qz ſi q̄s
ei reſiſtens obijceret indignitatem ſuam & magnitu-
dinem teſtamenti: quid putas dicturus eſt / ſcilicet qd
ad te: non ego merito meo: nec iure vllõ proprio acci-
pio. Scio me indignum & maiora accipere q̄ merear,
Immo contraria merui: Sed iure teſtamenti & alienę
E. iij. bonitatis

*capta ſumit
D. m. ar.*

bonitatis: peto quod peto: si illi non fuit indignum tã-
ta tam indigno legare, cur ego propter indignitatem
meam contemnam acceptare: quin hac ipsa causa ma-
gis amplector: gratuitam & alienam gratiam: qua ego
sum idignior. Eadem cogitatione armari oportet & cu-
iusq; conscientiam aduersus omnes scrupulos & mor-
sus suos: ad hanc Christi promissionem indubitata fi-
de obtinendam summopere cauendo: ne fiducia con-
fessionis: orationis: preparatiõis quisq; accedat, sed his
omnibus desperatis in superba fiducia promittentis
Christi. Quia: vt dictum est satis: verbum promissio-
nis hic solum regnare debet: in fide pura: quę est vnica
& sola sufficiens preparatio.

hominem

Videmus ex his: q̄ grandi ira dei factum sit vt ver-
ba testamenti huius nos cęlarint impij Doctores: atq;
per hoc ipsum fidem extinxerunt quantum in eis fuit
Iam pronum est videre: quid ad fidem extinctam seq-
uitur necesse: Nempe superstitiones operũ impijssimas
Vbi enim fides occidit: & verbum fidei obmutescit, ibi
mox surgunt opera i locum eius, & traditiones operũ
Quibus ceu captiuitate Babylonica trãslati sumus de
terra nostra: captis omnibus desyderabilibus nostris.
Ita de Missa contingit: quę impiorum hominum do-
ctrina mutata est in opus bonũ, quod ipsi vocant opus
operatum, quo apud deum sese omnia præsument pos-
se. Inde processum est ad extremum insanix, Vt quia
Missam ex vi operis operati valere mentiti sunt, adie-
cerunt, eam non minus vtilem esse cæteris: etiam si ip-
si impio sacrificio xia sit: atq; in hanc harenam fun-
dauerunt suas applicatiões, participatiões, & frater-
nitates

missam

nitates, anniuersaria, & id genus infinita lucri & que-
stus negocia Cōtra has laruas: q̄a validæ sūt & multæ
penitusq; isederūt: nisi cōstātissima cura obseruaueris
quid sit Missa, & p̄cedentium fortiter memineris vix
subsistes. Audisti enim Missam aliud non esse: q̄ pro-
missionem diuinam seu testamentum Christi, Sacra-
mento corporis & sanguinis sui commendatum. q̄d si
verum est, intelligis nō posse ipsum esse opus vllō mo-
do: nec quicq; ī ip̄o fieri, nec alio studio a quoq; tractari
q̄ sola fide, fides autem non est opus sed magistra & vi-
ta operum. Quis enim est vs̄piam tam insanus, vt pro-
missionem acceptam: aut testamentum donatum, vo-
cet opus bonum: quod suo testatori faciat accipiens?
Quis est hæres qui patri testatori existimet beneface-
re: dum instrumenta testamenti cum hæreditate testa-
ta accipit? Quæ est ergo impia temeritas nostra vt di-
uinum testamentum accepturi, veniamus vt bonum
opus ei facturi? Est ne ista ignorantia testamenti & ca-
ptiuitas tanti sacramēti, omnibus lachrymis superior
vbi de acceptis grati esse debemus, venimus superbi-
datuti accipienda irridentes: Inaudita peruersitate:
donatoris miām: dum hoc donamus vt opus quod ac-
cipimus vt donum: vt testator iam non suorum largi-
tor bonorū sed nostrorū sit acceptor. Ve impietati isti.
Quis vero vnq; fuit tā demens: vt baptismum du-
ceret esse bonū opus aut baptisadus crederet sese opus
facere: q̄d p̄ se & alijs deo offerret & cōmunicaret: si er-
go in vno aliquo sacramēto & testamēto nullū ē opus
bonū cōmūicabile alijs nec ī missa erit cū & ip̄a nō sit
nisi testamētū & sacramētū Vñ manifestus et impius
error est

fides opus

mississimj error

errorem Missam pro peccatis: p satisfactionibus: p de
functis, aut quibuscunq; necessitatibus suis aut aliorū
seu offerre seu applicare. Quod facillime intelligis es-
se euidentissime verum, si firmiter teneas Missā esse p
missiōem diuinā, q̄ nulli prodesse, nulli applicari: nul-
li suffragari: nulli communicari potest: nisi ipsi creden-
ti soli propria fide, Quis enim promissionem dei: quæ
vniuscuiusq; singulatim exigit fidem: potest pro alio
acceptare aut applicare? Nūquid possū alteri pmissio-
nem dei dare, etiam non credenti? aut possū pro alio
credere? aut possū facere vt alius credat? At hec fieri
oportet: si Missam possū alijs applicare & cōmunica-
re: cum in Missa nō sint nisi ista duo: promissio diuina
& fides hūana: quæ accipiat, quod illa pmittit. Quod
si verum est: potero etiam pro alijs audire Euāgelium
& credere potero p alio baptisari: potero pro alio absol-
uī a peccatis, potero & p alio cōmunicare de altris sa-
cramento, potero: vt & illorū sacramenta percenseam
pro alio ducere vxorem, pro alio fieri sacerdos, p alio
confirmari: pro alio inungi. 2^m

*no sunt in
missa*

Deniq; cur Abraham nō pro oībus Iudeis credidit
cur exigitur a Iudeis singulis fides: in eandem promif-
sionem Abrahæ creditam? Stet ergo insuperabilis veri-
tas: vbi promissio diuina est: ibi vnusquisq; pro se stat:
sua fides exigitur, quisq; pro se rationem reddet: & su-
um onus portabit, sicut dicit Marcī: vlti. Qui credide-
rit & baptisatus fuerit saluus erit: qui aut non credide-
rit: condemnabitur. Ita & Missam vnusquisq; tantū sibi
potest vtilem facere: fide propria, & pro nullis pro-
sus communicare. Sicut sacerdos, nulli pro alio potest
sacramētū

10119

sacramentum ministrare: sed cuilibet seorsum idem sacramentum ministrat. Sunt ei sacerdotes cōsecrādo & ministrando, ministri nostri: p̄ quos non offerimus bonum opus aut cōmunicamus actiue, sed p̄ eos p̄missiones & signum accipimus: & cōmunicamur passiue: id quod i laicis hactenus p̄māsit. Nā hi non dicunt bonū facere: sed accipe. Sacerdotes vero abierunt i impietates suas, facto sibi bono ope: quod cōicent & offerāt ex sacramēto & testamēto dei: quo bonū acceptū oportuit.

Sed dices: Quid? Nunquid subvertes oīm Ecclesiarum & monasteriorum vsus & sensum, quibus per tot secula inualuerunt fundatis super Missam, anniuersarijs, suffragijs, applicationibus, cōmunicatiōibus &c. hoc est pinguissimis redditibus? Respondeo. Hoc est: quod de captiuitate Ecclesiæ scribere me compulit Sic em̄ venerabile testamentum dei i ipiissimi quæstus seruitutem coactum est, per impiorum hominum opiniones & traditiones: qui omisso verbo dei, sui cordis nobis cogitatiōes p̄posuerunt: & orbē seduxerunt Quid michi de multitudine & magnitudine errantium? Fortior omnium est veritas. Si potes Christū negare q̄ docet Missam esse testamētum & sacramētum: volo illos iustificare. Deinde si potes dicere: eū facere opus bonū qui recipit bñficiū testamēti, aut vtitur in hoc ipsum sacramēto p̄missionis: volo mea libēs dānare. cū autē neutrū possis: q̄d dubitas cōtēpta turba ad malū eunte dare gl̄iam deo & veritatē eius cōfiteri? Esse scilicet hodie sacerdotes oēs i sētētia p̄uersa, quicūq; Missā p̄ opere ducunt, quo succurrāt suis aut aliorū: siue mortuorū siue viuorū necessitatibus. iaudita & stupēda dico, Sed

F. j. Missam

*Imperiti
exce submte*

Sarracenis p̄

Missam si intuearis, quid sit: vera me esse locutum cognosces. Hoc fecit illa nimia securitas: qua iram dei in nos grassantem non intelleximus.

Orationes
in Missa

Hoc autem facile admitto, Oratiões: quas ad Missam percipiendam congregati: corā deo effundimus: esse bona opera, seu beneficia que nobis mutuo impartimus, applicamus & cōmunicamus: & pro inuicē offerimus, Sicut Iacobus nos docet orare pro inuicē, vt saluemur. Et Pau. j. Timot. ij. p̄cipit fieri obsecratiões: orōnes: postulatiões p̄ oibus hoibus: p̄ regibus & oibus qui i sublimitate sunt cōstituti. Hæc em̄ non sunt missa, sed opera missæ si tamē opera vocari debēt orationes cordis & oris, quia siūt ex fide in sacramēto p̄cepta vel aucta. Non em̄ Missa vel p̄missio dei ipletur orādo sed solū credēdo. Credētes aut oramus & quodlibet opus bonū facimus. Sed q̄s sacerdotū hoc noīe, sacrificat, vt solas orationes arbitret̄ sese offerre? Oēs imaginentur sese offerre ipsum Christū deo patri tanq̄ hostiam sufficientissimā, & bonū opus facere oibus quibus p̄ponūt p̄desse: quia cōfidūt i opere operati quod orationi nō tribuunt. Sic paulatim errore crescente, id quod orationum est, tribuerunt sacramento. Et quod recipere beneficium debent, id obtulerunt deo,

*in inter istam
- oratione*

Quare acute discernendū est: inter testamentum sacramentūq; ipsum & inter oratiões quas simul oramus. Nec id solum, sed scire quoq; oportet, oratiões profus nihil valere: nec orāti ipsi, nec ijs pro quibus orant, nisi primū testamentū fide perceptū sit vt fides oret quæ sola exaudit̄: sicut Iacobus. j. c. docet. a deo longe aliud est oratio quā missa. orationē possum extēdere in quot
quot

quot voluero. Missam nemo accipit nisi qui p seipsum credit: & tm̄ quantū credit, nec potest dari siue deo siue hoibus Sed solus deus per ministeriū sacerdotis dat eā hoibus qui accipiūt eam fide sola, sine vllis operibus aut meritis. Neq; eīm vllus audeat tantum insanire: vt dicat bonum opus facere eū qui pauper et indigens venit accepturus de manu diuitis beneficium. At missa (vt dixi) beneficium est promissionis diuine per manū sacerdotum omnibus hominibus exhibitum.

Est ergo certum missam non esse opus alijs cōmunicabile: sed obiectum (vt dicitur) fidei pprie cuiusq; alē dē & roborandæ. Iā & alterū scandalum amouendum est: quod multo grādus est & speciosissimum Id est q̄ Missa credit̄ passim esse sacrificiū quod offert̄ deo. In quā op̄inōnē, & verba Canonis sonare vident̄, vbi dicitur, hęc dona: hęc munera: hęc sancta sacrificia. Et infra. hęc oblationē. Itē clarissime postulatur vt acceptū sit sacrificium: sicut sacrificiū Abel &c. Inde Christus hostia altaris dicit̄. Accedūt his dicta sanctorū patrū tot exēpla, tantusq; vsus per orbē cōstanter obseruatus

His oibus quia p̄tinacissime isederūt, oportet constātissime opponere verba & exēplū christi Nisi ei missam obtinuerimus esse p̄missionē Xpi, seu testamētū, vt verba clare sonāt totū euāgelium & vniuersum solatiū amittimus Nihil cōtra hęc verba p̄mittamus p̄ua lere ēt si āgelus de cœlo aliud docuerit Nihil ei de ope v̄l sacrificio i illis cōtineat̄. Deide & exēplū Christi p nobis stat. Non ei Christus i cœna nouissima, cū instatueret hoc sacramētū & cōderet testamētū, ip̄m obtulit deo p̄ri: aut vt opus bonū p alijs perfecit: sed i mensa

F. ij. sedens

*aliter scanda
modo fornicato
ni missa*

*Instituto
per me missa*

sedens singulis idem testamentum proposuit & signū exhibuit. Iam Missa quanto vicinior & similior, primæ omnium Missæ, quam Christus in cœna fecit, tãto Christianior. At Missa xpi fuit simplicissima sine vllavestium: gestuum cantuum aliarumq; cerimoniarū pompa: vbi si necesse fuisset eam offerri vt sacrificium non plene eam instituisset.

*Vtrū calū
niā dus sit
ritus eccle
siæ i missa*

Non q̄ calumniari debeat vllus vniuersam Ecclesiam: q̄ multis alijs ritibus & cerimonijs Missam ornauit & ampliavit: Sed volumus ne quis cerimoniarum specie falsus, ac altitudine pompæ impeditus, simplicitatē missæ amittat. & reuera transsubstantiationē quādam colat si amissa substātia simplici Missæ in accidētibus multiplicibus pompæ hæreat. Nā quicquid vltra verbum & exēplum Christi accessit, accidens Missæ est: quorū quodlibet non alio loco ducere debemus q̄ quo loco nunc ducimus Monstrātiās (quas vocant) & pallia altarīs: quibus ip̄a hostia cōtinetur. Quare sicut repugnat testamētū distribui seu p̄missionem accipere, & sacrificare sacrificiū, Ita repugnat Missam esse sacrificium cū illā recipiamus: hoc vero demus idē aut simul recipi & offerri nō potest nec ab eodē simul dari & acceptari. Nō magis certe, q̄ orō & impetrata res queunt idē esse: nec idem sit orare, & orata accipere

*Quid sit de
Canonē*

Quid ergo dicemus ad Canonē & autoritates patrum: Primū r̄n deo: si nihil hētur qđ dicatur: tutius ē oīa negare q̄ Missam cōcedere: opus aut sacrificiū esse ne verbū xpi negemus, fidē simul cū missa pessundātes. Tñ quo seruemus & eos: Dicemus ex Apo. j. Co. xj. nō doceri solitos fuisse fideles xpi ad missā congregatos

gatos: secum afferre cibum & potū: quas collectas vocabant: quę distribuere in oēs egentes exēplo Apostolorū. act. quarto. e quibus sumebatur id quod consecratur panis & vini p̄ sacramento. Et quia hęc oīa sanctificabātur p̄ verbū & orōnem ritu hębraico, quo leuabantur sursum vt in Mose legimus, relicta sunt verba & ritus leuandi seu offerendi, abolito iā dudum vsu conferēdi & colligēdi ea quę offerrentur seu leuantur. Sic Ezechias Esa. xxxvij. Iubet Esaiā leuare orōnem in cōspectu dei p̄ reliquias. Et Psal. Extollite manus vestras in sancta. Itē. Ad te leuabo manus meas. j. Tim. ij. Leuantes puras manus in oī loco. Quare vocabula sacrificij seu oblatiōis, referrī debent nō ad sacramētū & testamētū sed ad collectas ipsas. Vnde & reliquū est vocabulū collectę pro precibus in Missa dictis.

Idem facit q̄ sacerdos mox consecrato pane & calice, eleuat eundē quo nō sese offerre aliquid deo ostendit: cum nullo verbo tum meminerit hostię seu oblatiōis. Sed est & ip̄m & reliquum ritus hębraici quo leuabātur: quę cum gratiarum actionibus accepta deo referebantur. Vel admonitio nostri, quo prouocemur ad fidem testamēti huius: quod tum verbis Christi protulit & exhibuit, vt simul & signum eiusdem ostēdat, & oblatiō panis proprie respondeat huic demonstratiuo, Hoc est corpus meum. nosq; circūstātes ceu alloquatur hoc ip̄so signo, Sic oblatiō calicis pprie respondeat huic demonstratiuo, Hic calix noui testamēti. &c. Fidē em̄ in nobis sacerdos excitare debet: ip̄o eleuādi ritu. Atq; vtinā: vt in oculis orōis manifeste eleuat signū seu sacramētū: ita simul auribus nr̄is apta atq; F. iij. voce

voce pñiciaret & verbū seu testamētū idq; i qualibet
populorū lingua: quo fides exercitareſ efficacius Cur
eni liceat Gręce & latine & hebraice Missam perfice-
re: & non etiā alemanice aut alia quacunq; lingua.

Quocirca obseruēt sese sacerdotes: hoc p̄dito picu-
losissimoq; sc̄lo: q̄ sacrificāt. Primū: vt verba Canonis
maioris & minoris cū collectis quæ apte nimis sacrifi-
ciū sonāt: dirīgāt: nō ad sac̄m sed vel ad ipsum panē &
vinū cōsecrādū: vel ad oñes suas. Panis em̄ & vinū
antea offerūtur ad bñdicēdū vt per verbū & orationē
sanctificētur. post quā aut bñdictus & cōsecratus est,
iā nō offerē, sed accipitur dono a deo. Et i hoc negotio,
cogitet Euāgeliū esse preferēdū omnibus Canonibus
& collectis per homines cōpositis, Euāgeliū autē nō
sinit Missam esse sacrificiū: vt audisti.

Deinde publice Missam pficiēs, p̄stituat sibi non
aliud facere, quā se & alios cōmunicare p̄ missā, simul
tamē oñes suas p̄ se & alijs offerre cauēs. Ne missam
offerre p̄sumat. Qui vero priuatī missas pat: p̄stituat
sibi: vt se ipsum cōmunicet. prorsus, nihil differt, nec
plus facit missa priuata q̄ simplex cuiusq; laici de manu
sacerdotis sumpta communiō: exceptis oñibus, &
quod sibi ipsi cōsecrat & ministrat. Re ipsa missę & sac̄i
oēs sumus ēquales sacerdotes & layci.

An p̄ mis-
sa sit acci-
piēda mer-
ces

Quod si postulatur ab alijs, votiuas (quas vocāt) ce-
lebrare caueat ne mercedē accipiat p̄ missa aut p̄sumat
vllā votiūā sacrificare, sed studeat hoc totū ad oñes
referre, quas siue p̄ defunctis siue viuētibus offerat, sic
cogitās. Ecce ibo & mihi soli sac̄m suscipiā, sed iter su-
scipiēdū p̄ illo & illo orabo, sicut oñis nō Missę mer-
cedem

cedē p̄victu & amictu recipiat Nec moueat quod totus
orbis cōtrariū: & sensū & vsū habeat. Euāgelium certissi-
mū habes: quo fretus facile cōtēnes hoīm sensus & opi-
niones. Quod si me cōtēnēs, p̄gas Missā offerre nō so-
las oīones, scito me fuisse monitorē tibi fidelē, & i die
iudiciū excusatū, tuū portabis ip̄e pctm̄. Dixi q̄ tibi di-
cere tenebar frater fratri in salutē tibi p̄deūt seruata: ti-
bi nocebūt neglecta. Quod si aliqui etiā dānarit hęc,
illud pauli respondeo. Malī vero homines & seducto-
res p̄ficiēt i peius errātes & in errorem mittentes.

Ex isto nūc facile illud quiuis itelligit: qđ vsitatissimū ex Grego. dicit. Missā malī sacerdotis nō mioris ducēdā, quā boni cuiuscūq; Nec scti Petri meliorē fuisse quā Iudæ traditoris: si sacrificassēt. Hoc enī opculo, suas impietates quidā velāt: & hīc distictionē opis opati & opis operātis iuenerūt: quo secure ipsi male viuere & alijs tñ bñfacere p̄sumerēt. Verū Gregorius recte dicit, at illi puerse eū itelligūt. Verissimū est enī p̄ ipsos sacerdotes, nō minus de testamēto & sacramēto dari & accipi: q̄ per quosq; sanctissimos. Quis ei dubitat euāgelium p̄dicari per impios? At missa, est pars euāgelij: immo summa & compendium Euangelij. Quid est enim vniuersum euāgelium, q̄ bonum nuncium remissionis peccatorum? At quicquid de remissione peccatorum & misericordia dei latissime & copiosissime dici potest, breuiter est i verbo testamenti compræhensum. Vnde & contiones populares aliud esse nō deberent q̄ expositiones missæ promissionis diuinæ huius testamenti, hoc enim esset fidem docere & vere ecclesiam ædificare.

At qui nunc Missam exponunt

Gregorius
de Missa
loquens
male intel-
lectus

2mo euāgelij

nunt i allegorijs hūanarū cerimonias ludūt & illudūt

Igitur sicut impius potest baptizare id est verbū promissionis & signū aquæ super baptisandū ferre ita potest & promissionē huius sacramēti pferre & ministrare vscētibus & simul ipse vsci: sicut Iudas traditor in cœna domini: manet tñ semper idē sacramētū & testamentū quod i credente operatur suū opus, in icredulo operatur alienū opus. Verum in offerēdo longe aliud agitur. Cū em̄ non missa sed orationes offerantur deo, clarū est oblatiōes impij sacerdotis nihil valere Sed (vt idem Greg. ait) cū is qui idignus est ad deprecādū mittitur animus iudicis ad deterius puocat. Nō ergo sūt confundēda illa duo Missa & oratio, sacramētū & opus testamentū & sacrificiū: quia alterū venit a deo ad nos per ministeriū sacerdotis & exigit fidē Alterū pcedit a fide nra ad deū per sacerdotē & exigit exauditionem Illud descendit: hoc ascendit. ideo illud nō requirit, necessario dignū & piū ministrū, hoc vero requirit: quia deus peccatores nō exaudit q̄ nouit p malos benefacere: sed nullius mali acceptat opus sicut mōstrauit i Cayn. & puer. xv. dicitur. Victime ipiorū abominabiles dño. Roma. xiiij. Oē quod nō est ex fide/peccatū est.

Vt aut finē huius primæ partis faciamus reliqua pducturi vbi ipugnator insurrexerit, Cōcludimus ex oibus his quibus nā Missa sit parata, & qui digne cōmunicent. Nēpe soli ij qui tristes: afflictas: perturbatas: cōfusas & erroneas habēt cōsciētias. Nā verbū diuine pmissiōis huius sacramēti cū exhibeat pctōrū remissionē secure accedit q̄ cūq; pctōrū suorum vexat siue morsu: siue titillatiōe Est ei testamētū hoc xpī medicā vnica: p̄teritorū:

preteritorum: presentium: & futurorum peccatorum. modo
indubitata fide ei adhaeris / & credideris tibi gratuito
dari id quod verba testamenti sonant. Quod si non cre-
dideris, nusquam: nusquam nullis operibus / nullis studiis con-
scientiam poteris pacare. Fides enim sola est pax conscien-
tia: infidelitas autem sola turbatio conscientiae.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Benedictus deus et pater domini nostri Iesu christi:
qui secundum diuitias misericordiae suae saltem hoc vni-
cum sacramentum seruauit in Ecclesia sua illibatum: &
incontaminatum a constitutionibus hominum, libe-
rumque fecit omnibus gentibus, omniumque hominum
ordinibus, nec passus est, & ipsum teterrimis questus
et impijssimis superstitionum portetis opprimi: eo sci-
licet consilio vsus quod paruulos, qui auaritia & sup-
stitutionis capaces non sunt, eo voluit initiari, & simpli-
sima fide verbi sui sanctificari: quibus & potissimum ho-
die prodest baptismus. Nam si adultis & maioribus do-
nandum esset hoc sacramentum, non videtur potuisse
et eius perseuerari virtus & gloria, praeter tyrannide aua-
ritiae & superstitionis, quae omnia diuina nobis supplauit.
Inuenisset sine dubio & hic, prudentia carnis suas
preparationes & dignitates, deinde reservationes, re-
strictiones, & si qua sunt similia retia pecuniarum, qui-
bus aqua non vilior, quam nunc membranae, venderetur

Verum ubi virtutem Baptismi in paruulis non potuit
Satan extinguere, praeualuit tamen, ut in omnibus adul-
tis extingueret, ut iam fere nemo sit: qui sese baptisatum
recordetur, nedum gloriatur, tot repertis alijs vijs re-
mittendorum peccatorum, & in caelum veniendi, prae-
buit

G. j. his

Baptismus

*Tyrannide
auaritia*

his opinionibus occasionem, verbū illud periculosum
diui Hieronymi, siue male positum, siue male intelle-
ctum, quo pœnitentiam appellat secundā post naufra-
gium tabulā, quasi baptismus non sit pœnitētia. Hinc
enim, vbi in peccatū lapsi fuerint, de prima tabula seu
naue desperantes velut amissa, secundæ tantū icipiūt
niti & fidere tabulæ, id est pœnitētia. Hinc nata sunt
votorum, religionum, operum, satisfactionū, peregrin-
ationum, indulgentiarum, sectarum infinita illa one-
ra, & de ijs, maria illa librorum, quæstionum, opinio-
num traditionum humanarum, quas totus mundus iā
non capit: vt incomparabiliter peius habeat Ecclesiam
dei ea tyrannis, quam vnquam habuit synagogam, aut
vllam nationem sub cælo.

*H odierni
pontifices
sunt felices.*

At pontificum erat, hæc omnia tollere, & Christi-
anos omni cura ad sinceritatē baptismi reuocare, quo i-
telligerent: quid essent, & qd facere Christianos oporteat.
Verum vnum est hodie eorū officiū, populos quā
longissime abducere a baptismo, & diluuiō tyrānidis
suæ omnes imergere: & facere: vt populus Christi (sic
cut propheta ait) obliuiscatur eius i perpetuū. O infœ-
lices omnes: qui hodie pontificum, nomine censentur
qui non modo nihil sciunt nec faciunt: quod Pōtifices
debet: sed ignorant quoq; quid scire & facere eos oporteat.
Et implēt illud Esaie. lvi. Speculatores eius cæci
omnes: nescierunt vniuersi: ipsi pastores ignorauerūt
intelligentiam: omnes declinauerunt in viam suam:
vnusquisq; ad auariciam suam &c.

*missio
in baptismo*

Primum itaq; in Baptismo obseruanda est diuina p-
missio: quæ dicit. Qui crediderit & baptisatus fuerit:
saluus

saluus erit, Quæ preferenda est incomparabiliter vni-
uersis pompis, operū, votorū religionum & quicquid
humanitus est introductum. Nā in hac pendet vniuer-
sa salus nostra: sic autem est obseruanda: vt fidem exer-
ceamus in ea, prorsus non dubitantes nos esse saluos
postq̄ sumus baptisati. Nam nisi hæc assit aut paretur
fides: nihil prodest baptismus immo obest: non solum
tum cū suscipitur, sed toto post tempore vitæ/incredu-
litas enim eiusmodi: mendacem arguit promissionem
diuinam/ quod est summū omnium peccatorum. Hoc
exercitium fidei: si apprehēderimus: statim intellige-
mus: quā arduum sit credere p̄missioni huic diuinæ.
Humana em̄ imbecillitas: peccatorū suorum sibi con-
scia: difficillime omniū credit se esse saluam aut saluā-
dam, & tamen nisi id credat: saluari non poterit: quia
non credit veritati diuinæ promittenti salutem.

Hæc erat p̄dicatio sedulo inculcāda populo: assidue
recantanda ista p̄missio: semper repetēdus baptismus
iugiter excitanda: fouēdaq; fides. Sicut enī semel su-
per nos lata diuina hac promissione vsq; ad mortem, ve-
ritas eius perseuerat: ita fides in eandē nunq̄ debet iter-
mitti, sed vsq; ad mortē alī & roborari perpetua memo-
ria promissiois eiusdem i baptismō nobis factæ. Qua-
le: dum a peccatis resurgimus siue pœnitemus: nō faci-
mus aliud quā quod ad baptismi virtutē & fidem vnde
cecidimus reuertimur: & ad promissionē tunc factā
redimus: quam per peccatū deserueramus. Semper em̄
manet veritas p̄missionis semel factæ nos extenta ma-
nu susceptura, reuersos. Atq; id ni fallor, volūt; q̄ obscu-
re dicunt, Baptismum esse primum & fundamentum

G. ij, omniū

omnium sacramentorum: sine quo nullum queat alio
rum obtineri.

Sancta do
ctrina pro
pœnitent
tibus,

Proinde: non parum p̄fuerit: si pœnitēs primo om
nium baptismi sui memoriā apprehēdat & p̄missio
nis diuinæ quā deseruit cū fiducia recordatus: eandē
confiteatur domino: gaudens se tantū adhuc in p̄ssi
dio habere salutis q̄ baptisatus sit: detestansq; suam im
piam ingritudinē: qđ a fide & veritate eiusdem dese
cerit. Mire enim cor eius confortabitur: & ad spem mi
sericordiæ aīabitur: si consideret diuinam p̄missio
nem sibi factam: quam impossibile est mentiri: adhuc
integram & non mutatam: non mutabilem vllis pecca
tis esse: sicut Paulus dicit. ij. Thimo. ij. si nō credimus
ille fidelis permanet, se ipsum negare non p̄t. Hęc in
q̄ veritas dei eum seruabit: ita vt si cetera oīa ruēt, hęc
tamen eum credita non derelinquet. Habet enim per
qđ insultanti aduersario opponat. Habet q̄ turbātibus
peccatis conscientiam obijciat: habet q̄ horrore mor
tis & iudicij respondeat. Habet deniq; q̄ vniuersis tē
tationibus solatium sit. Nempe hanc vnam veritatem
dicens, Deus est verax in p̄missionibus suis: cuius si
gnum in baptismo suscepī Si deus p̄ me / quis cōtra me
Si em̄ filij israel ad pœnitentiā reuersuri primo oīm
exitū de Aegypto memorabant, & hac memoriā ad
deū q̄ eduxerat eos reuertebant, q̄ memoriā & hoc ip
sum p̄sidiū eis toties a Mose iculcatur & a Dauid repe
titur quāto magis nos n̄m de aegypto n̄ra exitū debe
mus memorare, & eius mēoria redire ad deū q̄ nos e
duxit p̄ lauacrū regnatiois nouę cuius mēoria ī hoc ip
sū nobis cōmēdata ē: Id qđ oīm cōmodissime fieri ī sa
cramento

¶

¶

cramento

cramento panis & vini pōt. Sic em̄ olim tria ista sacra-
menta: pœnitētia: baptis̄mus: panis: simul eodē officio
frequētabantur: & alterū alterū iuuabat. Ita legitur de
quadā sc̄tā virgine, q̄ quoties tentabatur nō nisi baptis̄-
mo suo repugnabat: dicēs breuissime, Christiana sum
Intellexit em̄ hostis statim virtutē baptis̄mi & fidei q̄ i
veritate dei promittētis pendebat, & fugit ab ea.

Ita vides q̄ diues sit homo Christianus siue baptis̄-
satus q̄ etiā volens nō pōt p̄dere salutē suam quantiscū-
q; peccatis, nisi nolit credere. Nulla enim peccata eum
possunt damnare, nisi sola incredulitas. cetera oīa si re-
deat vel stet fides in promissionē diuinam baptis̄ato fa-
ctam in momento absorbentur per eandem fidem im-
mo veritatem dei: quia seipsum negare nō potest, si tu-
cum confessus fueris & promittenti fideliter adhæse-
ris. Contritio autem & peccatorum confessio, deide &
satisfactio & oīa illa hominum excogitata studia subi-
to te deserent & infeliciorem reddent, si oblitus verita-
tis huius diuinę in ip̄is tete distēderis. Vanitas ei vani-
tatū & afflictio sp̄us est q̄cquid extra fidē veritatis dei
laboratur. Simul vides q̄ periculosum immo falsū
sit opinari pœnitētiā esse secundā tabulam post nau-
fragium, & q̄ perniciosus sit error, putare per peccatū
excidisse vim baptis̄mi & nauem hanc esse illisam.

Manet illa vna, solida & inuicta nauis: nec vnq̄ dissol-
uitur in vllas tabulas, In qua omnes vehuntur qui ad
portum salutis vehuntur: quæ est veritas dei i sacramē-
tis promittens. Hoc sane fit, vt multi e naue temere i
mare profiliant & pereant, hi sunt q̄ deserta p̄missiōis
fide i p̄ctm̄ sese p̄ticipant. Verum nauis ip̄a permanet
G. iij. & transit

N3

quod p̄nt h̄m
p̄nt 2 Jun

An penitē-
tia sit. ij. ta-
bula post
naufragiū.

& transit integra cursu suo: q̄ si qua gratia ad nauē re-
uertī potest: nulla tabula, sed solida ipsa nauē feretur
ad vitam, hic est qui ad p̄missionem dei stabīlē & ma-
nentem per fidē reuertitur. Vnde Petrus. j. Petri. j. ar-
guīt eos qui peccant, q̄ obliuionem accipiant: purga-
tionis veterū delictorū suorum sine dubio, ingrati-
tudīnē accepti baptismi, & impietate ifidelitatis eorū taxās,

Quid ergo p̄dest de baptismo tam multa scribere
& hanc fidem p̄missionis non docere: oīa sacramenta
ad fidē alendā sunt instituta, & hāc ipsam adeo non tā-
gunt, vt etiā asserant impij homies non debere hoī-
nem eē certū de remissione p̄ctorū, seu gratia sacra-
mentorum: qua impietate orbē totū dementāt & sacra-
mentum baptismi, in quo stat prima glīa conscientīe
nostrae, funditus extingūt nedū captiuāt interim insa-
nientes in miseris aīas, suis contritiōibus: anxīs con-
fessionibus: circumstantijs, satisfactionibus, opibus &
id genus ifinitis nugis Esto ergo prudēs lector: imo cō-
tēptor Magistri sniarum libro quarto, cū omnibus suis
scribentibus: qui tantū de materia & forma sacra-
mentorum scribūt dū optie scribūt. i. mortuā & occidentē.
līam sacrorū tractāt Cæterū spm̄ vitā & vsū. i. est p̄mis-
sionis diuīe veritatē & n̄ram fidē p̄sus itactas reliquūt

Vide itaq; ne te fallant operum pompæ & huma-
rum traditōnum fallacię: vt veritatī diuīe & fidei tue
non facias iniuriā. A fide sacramentorum tibi inci-
piendum est sine vllis operibus si saluus fieri voles, fi-
dē aut ip̄a sequētur opa, tm̄ ne vilē habeas fidē, q̄ opus
est oīm operū excellentissimū, & arduissimū quo solo
etiā si ceteris oibus carere cogēris, seruaberis. Est en
opusi

*Sec. Pontificatus
hominum*

*Sicut q̄
et. p̄. d. n.
hoc est
magister*

Magister

opus dei non his: sicut Paulus docet cetera nobiscum & per nos operatur, hoc unicum in nobis. & sine nobis operatur

Ex his perspicue discernere possumus, quod inter ministrum hominem: & autorem deum intersit in baptizando. Homo enim baptizat & non baptizat. Baptizat, quia perficit opus dum mergit baptizandum. Non baptizat quia non fungitur in eo opere sua autoritate, Sed vice dei. Vnde oportet nos baptismum de manu hominis non aliter suscipere: quam si ipse Christus immo ipse deus, nos suis propriis manibus baptizaret. Non enim hominis est, sed Christi & dei baptismus quem recipimus per manum hominis. Sicut quilibet alia creatura: qua utimur per manum alterius, non est nisi dei. Caue ergo sic discernas baptismum: ut externum homini deo internum tribuas, utrunque soli deo tribue: nec conferas personam aliam quam instrumentum vicarium dei accipe, per quod Dominus in caelo sedens, te in aquam suis manibus propriis mergit & remissionem peccatorum promittit in terris, voce hominis tibi loquens per os ministri sui

Hoc & ipsa verba tibi dicunt dum dicit, Ego baptizo te in nomine patris & filii & spiritus sancti Amen. Non dicit, Ego baptizo te in nomine meo: quasi dicat: id quod facio non mea auctoritate, sed vice & nomine dei facio: ut aliter habeas quam si ipse dominus visibiter fecisset, autor & minister diversi sunt: sed opus idem utriusque: immo solius autoris per ministerium meum. Sic enim ego arbitror. In nomine referre personam autoris ut non tantum sit nomen domini pretendere & invocare in opere: sed ipsum opus tanquam alienum, alterius nomine & vice implere. Quo tropo Matt. xxiiiij. Christus dicit multum veniet in nomine meo. Et Ro. i. per quem accipimus gratiam & apostolatum ad obediendum

Verba baptizandi

ad obediendū fidei in omnibus gentibus p̄ noīe eius.

Hanc sententiā ego libētissime sequor, q̄ sit plenīssimū solatiū & efficacē fidei adiutoriū, nosse se esse baptisatum non ab hōīe sed ab ipsa trinitate per hominē: qui noīe eius rem gerat apud nos. Quo cessat illa ociosa cōtentio: qua de forma baptismi (quā appellant ipsa verba) litigāt Græcis dicentibus, Baptisēt seruus Christi. Latinis, Ego baptiso. Itē alij rigidissime nugātes dānant sic dici ego baptiso te in noīe Iesu christi: quo ritum certum est apostolos baptisasse: vt ī actis apostolicis legimus. voluntq; nullā aliā deinceps valere quā istam, Ego baptiso te in noīe patris & filij & spūs sancti Amē Sed frustra cōtendunt, nihil enim pbant: sua somnia dumtaxat asserunt. Quocunq; modo tradatur baptismus/modo non ī nomine hoīs sed in nomine dñi tradatur, vere saluum facit: imo non dubitem, si quis ī nomine dñi suscipiat; etiam si ipius minister non det ī nomine dñi, vere baptisatum esse ī nomine domini. Nō enim in conferentis tantum quātum in suscipientis fide vel vsu sita est virtus baptismi. Sicut legitur exemplum de quodā Mimo per iocum baptisato. Istas et similes disputationū & questionum angustias fecerunt nobis ij qui fidei nihil, operibus aut ritibusq; oīa tribuerūt: cū soli fidei oīa & nihil ritibus debeamus, quæ nos facit liberos spū ab oībus istis scrupulis & opiniōibus.

Alterum quod ad baptismū pertinet est signum seu sacramentum quod est ipsa mersio in aquā: vnde & nomē habet. Nam baptiso græce: mergo latinæ, & baptisma mersio est. Dictū est enī iuxta promissiones diuinas dari & signa, quæ id figurēt, quod verba significāt,

in baptisando

seu vt

*Si fidei omnia
ritibus debeamus*

seu vt recentiores dicunt sacramentū efficaciter signi-
ficat quod quale sit videbimus. Arbitrati sūt quā pluri-
mi: esse aliquā virtutē occultā spiritualem: in verbo &
aqua q̄ operet̄ in aia recipiētis grām dei. His alij cōtra-
dicētes statuūt/nihil esse virtutis ī sacramētis sed grām
a solo deo dari: q̄ assistit ex pacto sacramētis a se istitu-
tis. Oēs tñ ī hoc cōcedūt sacramēta esse efficacia signa
grē ad quod hoc vnico mouētur argumento. Nō vide-
ri alioquin qua ratione nouę legis sacramēto prestarēt
vetustis: si solum significarent. Et hinc īpulsī sunt tan-
tum tribuere sacramētis nouę legis vt prodesse ea sta-
tuerent: etiā ijs: qui in peccatis mortalibus sunt nec re-
quiri fidem aut gratiam: sed sufficere non posuisse obi-
cem: hoc est: actuale propositum denuo peccandi.

Hæc aut̄ quia sunt ipia et infidelia contra fidē & na-
turā sacramentorū pugnantiā, diligēter sunt cauenda
& fugienda. Error em̄ est, sacramenta nouę legis differ-
ri a sacramētis veteris legis penes efficaciam significatio-
nis, vtraq; equaliter significabāt. Idem enim deus qui
nos nunc p̄ baptismum & panē saluat saluauit abel per
sacrificiū: Noe per arcam Abrahā per circuncisionē &
alios omnes p̄ sua signa. Nihil itaq; differt sacramētū
veteris & nouę legis: quo ad significationē. modo vete-
rem legē appelles, quicquid ī patriarchis & alijs patri-
bus tēpore legis operatus est deus, Nā ea signa quæ ī
patriarchis & patribus facta sunt lōge sunt discernēda
a figuris legalibus quas Moses in lege sua istituuit, qua-
les sunt ritus sacerdotales ī vestibus: vasis: cibis. domi-
bus & similibus: ab his enim non modo longissime dif-
ferunt noua legis sacramenta sed & ipsa signa quæ pro
H. j. tēpore

tempore deus patribus dedit i lege viu etibus, quale fu
it Gedeonis in vellere, Manue i sacrificio: quale & Isai
as obtulit Achas. Isa. vij. in ijs enim simul pmitteba-
tur aliquid, quo fides in deum exigebatur.

In hoc ergo differunt legales figure: a signis nouis
& vetustis. q̄ legales figure, non habent annexum ver-
bum promissionis: quod fidem exigat: vnde non sunt
signa iustificatiōis: quia non sunt sacramēta fidei: quæ
sola iustificant sed sunt sacramenta operis tantum.

Tota enim eorū vis & natura erat, opus, nō fides. Qui
enim ea faciebat i plebat ea: etiam sine fide operans At
nostra & patrum signa seu sacramēta habēt annexum
verbū pmissionis: quod fidē exigat, & nullo opere alio
impleri potest: ideo sunt signa seu sacramenta iustifica-
tionis: quia sunt sacramēta iustificantis fidei & nō ope-
ris, vnde & tota eorū efficacia est: ipsa fides: non ope-
ratio. Qui ei eis credit, is iplet ea: etiā si nihil opere. In-
de prouerbiū illud, Nō sacramentū sed fides sacramē-
ti iustificat, Sic circumcisio nō iustificauit Abrahā & se-
men eius: & tamen Ap̄ls eam appellat signaculū iustifi-
ciē fidei, Quia fides i promissiōe: cui iuncta fuit circū-
cisio, iustificabat & i plebat id quod circumcisio signifi-
cabat. Fides em̄ fuit circumcisio prepu cij cordis in spū,
quam figurabat circumcisio carnis in littera. Sic sacrifi-
cium Abel plane non eū iustificabat, sed fides, qua se
deo totum obtulit, quā sacrificium externū figurabat.

Ita baptismus neminē iustificat, nec vlli prodest, sed
fides in verbū pmissionis: cui additur baptismus, hæc
ei iustificat & iplet id quod baptismus significat Fides
ei est submersio veteris hois & emersio noui hominis.

Quare

Quare fieri nō potest, vt sacramenta noua differāt ab antiquis sacramētis. Habēt enī æque p̄missiones diuinas & eundē sp̄m̄ fidei, licet a figuris antiq̄s icōparabiliter differāt, propter verbum p̄missionis, quod est medium vnicū & efficacissimū differentię, Sicut & nunc pōpa vestiū, ocorū, ciborū et ifinitarū ceremoniarum sine dubio figurat egregia in sp̄ritu iplenda, et tamen, quia nullū adest eis verbum diuinæ p̄missionis: nulla ratione, cum signis baptis̄mi et panis conferri possunt nec iustificāt aut profunt vllō modo, cū ipletio eorum sit ipse vsus seu opus eorum sine fide, dū enī fiunt, seu agunt iplent̄. Sicut et apostolus Coloss. ij. de eis dicit, q̄ oīa ipso pereūt vsu. iuxta p̄cepta & doctrinas hoīm. At sacramēta nō iplent̄ dum fiunt, sed dum credunt̄.

Ita nec verū esse pōt, sacris inesse vim efficacē iustificatiōis, seu esse ea signa efficacia gr̄æ, Hęc ei oīa dicuntur i iacturā fidei: ex ignorātia p̄missiōis diuinæ: nisi hoc mō efficacīa dixeris: qđ si astit fides idubitata: certissime & efficacissime gr̄am cōferāt. At nō hoc mō efficacīa illis tribui pbat: qđ ea pdesse dicūt oibus etiā i pijs & icredulis: mō nō ponāt obicē quasi ipa icredulitas: n̄ sit oīm obstinatissimus & hostilissimus obex gr̄æ adeo ex sacramēto p̄ceptū: ex fide opus facere moliti sunt: Nā si dat gratiā mihi sacramentū q̄a suscipio iā vere ex opere meo: nō ex fide gr̄am obtineo, nec p̄missionem i sacramēto apprehēdo: sed solū signū institutū & p̄ceptum a deo: ita dare vides: quā nihil sacramenta itellecta sūt sētētionarijs Theologis qđ nec fidei nec p̄missionis vllā i sacramētis rationē habuerint tantū i signo & vsu signi herentes: & ex fide i opus, ex verbo i

H. ij. signum

signum nos rapiētes: qua re (vt dixi) sacramenta non modo captiuauerunt: sed pēnitus quod in eis fuit aboleuerunt.

Nos ergo aperiētes oculū discamus magis verbū q̄ signum magis fidē q̄ opus, seu vsum signi obseruare. Scientes vbi cūq; est pmissio diuina: ibi requiri fidem Esseq; vtrunq; tā necessariū: vt neutrū sine vtro efficacē eē possit. Neq; eīm credi pōt: nisi assit pmissio nec pmissio stabilis: nisi credatur. abæ vero si mutuæ sint: faciūt veram & certissimā efficaciam sacramētis. Quare efficaciam sacramētis: citra pmissionē & fidē q̄rere: est frustraniti, & dānationē iuenire. Sic Christus qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit: qui nō crediderit cōdenabitur. Quo monstrat: fidē in sacramento a deo necessariā: vt etiā sine sacramento seruare possit: ideo noluit adijcere, Qui non crediderit, & non baptisatus fuerit.

*apostolus p̄
p̄fessus dicit*

Significat baptismus itaq; duos, mortē & resurrectionē: hoc est plenariā cōsummatāq; iustificationē. Qd̄ ei minister puerū imergit i aquā, mortē significat qd̄ aut rursus educit vitam significat Ita Paul. Ro. vi exponit. Cōsepulti eīm sumus Christo per baptismū i mortem: vt quēadmodū Christus resurrexit ex mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Hāc mortē & resurrectionē appellamus nouā creaturā, regenerationē, & spiritualem natiuitatē: quā non oportet allegorice tm̄ intelligi: de morte pcti & vitæ græ sicut mlti solēt, sed de vera morte & resurrectione. Nō enim baptismus significatio ficta est. Neq; pctm̄ moritur, neq; grā surgit plene: donec corpus pcti qd̄ gerimus i hac vita destruat. vt ibidē Ap̄ls dicit Nā
donec

donec i carne sumus: desideria carnīs mouēt & mouēt
Quare dum incipimus credere simul incipimus mori
huic mundo, & viuere deo in futura vita, vt fides vere
sit mors & resurrectio hoc est spiritalis ille baptismus
quo immergimur et emergimus.

Quod ergo baptismo tribuitur ablutio a peccatis: ve-
re quidē tribuitur: sed lētior & mollior est significatio,
quā vt baptismū exprimat: qui potius mortis & resur-
rectionis symbolū est. Hac rōne motus vellē baptizan-
dos poenitus in aquā immergi: sicut sonat vocabulū &
signat mysteriū: nō quod necessariū arbitretur: sed quod
pulchrū foret rei tā perfectæ & plenæ: signū quoq; ple-
num & perfectū dari sicut & institutū est sine dubio a
Cristo. Peccator enim nō tā abluī quā mori debet, vt
totus renouetur in aliā creaturā: & vt morti ac resurre-
ctioni Christi respondeat cui per baptismū cōmoritur
& corresurgit. Licet em̄ possis Christū dicere ablutum
a mortalitate, dū mortuus est & resurrexit: segnius tñ
diceris, quā si i totū mutatū & renouatū dixeris: ita ar-
dentius est, per baptismū nos significari oībus modis
mori & resurgere in æternā vitā: quā abluī a peccatis.

Hic iterū vides Baptismi sacramentū etiā quo ad si-
gnū nō esse momentaneū aliquod negociū, sed perpe-
tuum. Licet em̄ vsus eius subito trāseat, tamē res ipsa si-
gnificata durat vsq; ad mortē: immo resurrectionē i no-
uissimo die. Quā diu enim viuimus semp id agimus,
quā baptismus significat id est morimur & resurgimus
Morimur in quā nō tantū affectu & spiritaliter quo
peccatis & vanitatibus mūdi renūciamus, sed reueravi-
tā hāc corporalē incipimus reliq̄re: & futurā vitā app̄-
hendere

H. iij

hēdere vt sit realis (quod dicunt) & corporalis quoq; trā

An gratia sita ex hoc mundo ad patrem.

baptismi
p̄p̄t̄m̄ po
stea
extinguat

Quare nobis cauendū est ab ijs, qui baptismi vim
eo redegerūt tenuitatis & paruitatis, vt grām in eo di-
cant q̄ dem infundī, sed postea p̄ p̄t̄m̄ effūdi, tum aliā
viā ac iam quasi baptismō p̄c̄nitus irritō factō, ad cœ-
lum eundū. Nō sic tua arbitrabere, sed intelliges eam
eē baptismi significationē: qua moriaris & viuas: ideo
nō posse te siue p̄ p̄c̄nitentiā: siue per quācunq; aliā
viā redire: nisi ad vim baptismi ac denuo illud facere
q̄ baptisatus es vt faceres: quodq; baptismus tuus signi-
ficabat. Nunq̄ sit baptismus irritus: donec desperans
redire ad salutē nolueris, aberrare quidē poteris ad tē-
pus a signo: sed non ideo irritum est signum. Ita semel
es baptisatus sacramentaliter, sed semp̄ baptisandus fī-
de, semper moriendū: semperq; viuendū. Baptismus
totum corpus absorbuīt: & rursus edidit: ita res baptis-
mi totam vitā tuā cum corpore & aīa absorbere debet
& reddere in nouissimo die, indutam stola claritatis &
immortalitatis itaq; nunq̄ sine baptismi tā signo q̄ ip-
sa sumus: immo semper sumus baptisandi magis ac ma-
gis, donec signum perfecte impleamus in nouissimo die.

Intelligis ergo quicquid in hac vita gerimus: quod
ad mortificationem carnis & viuificationem spiritus
valet ad baptismum pertinere: & quo breuius a vita ab-
solui mur, eo citius baptismum nostrum impleamus
& quo atrociora patimur: eo foelicius baptismō respon-
deamus. ideoq; ecclesiam tunc fuisse foelicissimam, qm̄
martires mortificabā: oī die: & estimabātur sicut oues
occiose: tunc em̄ regnabat in Ecclesia virtus baptismi
pleno

pleno imperio, quā hodie ignoramus: etiā m̄ p̄ multi-
tudine operum & doctrinarum humanarum. Quic-
quid em̄ viuimus, Baptismus esse debet: & signū seu sa-
cramentū baptismi implere: cū a cæteris oibus libera-
ti: vni tm̄ baptismo simus addicti: id est morti & resur-
rectioni.

Hanc gliam libertatis nostrę: & hanc scientiam bap-
tismi esse hodie captiuā: cui possumus referre acceptū
q̄ vni tyrannidi Romani p̄tificis: q̄ vt pastorē primū
debet, vnus oīm maxime debuit esse p̄dicator & asser-
tor huius libertatis & sciētę, sicut Paulus. ij. Cori. iij.
dicit. Sic nos existimet hō: sicut ministros Christi &
dispensatores mysteriorum seu sacramentorū dei: ipse
solum id agit: vt suis decretis & iuribus opprimat, & i-
potestatis suę tyrannide captiuos illaquet. Obsecro
quo iure (vt nō dicā: q̄ impie & damnabiliter hæc my-
steria omittat docere) Papa super nos cōstituit leges?

Quis dedit ei potestātē: captiuādę huius nr̄e liberta-
tis p̄ baptismū nobis donatę. Vnum (vt dixi) nobis in
totavita agendū est p̄positū: vt baptifemur: id est mor-
tificemur: & viuamus p̄ fidē xp̄i, quā & vnice doctam
oportuit: maxie a sūmo pastore. At nūc tacita fide infi-
nitis legibus operū & cerimoniarū exticta est Ecclia:
ablata virtus & scientia baptismi: impedita fides xp̄i.

Dico itaq; neq; Papa: neq; Episcopus: neq; vllus ho-
minum habet ius vnus syllabę constituēde super chri-
stianum hominem: nisi id fiat eiusdē consensu. Quic-
quid aliter fit: tyrānico spiritu fit: ideo orationes: ieiunia
donationes: & quecunq; tandem Papa in vniuersis su-
is decretis tam multis q̄ iniquis statuit: & exigit, pror-
sus

Decreta
Papæ mul-
ta sunt & i-
iqua

lus nullo iure exigit & statuit: peccatq; in libertatē Ec-
clesiæ, toties quoties aliquid horum attētauerit. Hinc
factum est: vt Ecclesiastici hodierni strenui quidē sunt
tutores libertatis Ecclesiæ: id est lapidū: lignorum
agrorū & censuū (sic enim hodie Ecclesiastica sunt idē
quod spiritualia) sed eisdem fictis verbis: veram Eccle-
siæ libertatem non modo captiuant: sed pessundant pe-
nitus etiā plus quā Turca, cōtra Apostolū q; dicit, No-
lite fieri serui hominum. Hoc enim vere est hominum
seruos fieri statutis & tyrānidicis eorū legibus subici

Adiuuant hanc ipiam & perditam tyrannidē disci-
puli Papæ huc torquentes & deprauātes illud Christi,
Qui vos audit: me audit. Magnis enim buccis hoc in-
flant verbum pro suis traditionibus cum Christus hoc
dixerit Apostolis euntibus prædicare Euāgeliū, & ad
euāgeliū tm̄ referri debeat ipsi omisso Euāgelio suis
tantū fabulis id aptant, Dicit enim Iohā. x. Oues meę
vocem meam audiunt: alienorū autē vocem non audi-
unt: ideo & relictum est Euāgeliū: vt vocē christi sona-
rent Pōtificates: at ipsi suas voces sonāt: audiri deniq; vo-
lunt. Apostolus quoq; dicit sese missum esse nō baptisa-
re sed euāgelizare: itaq; nemo est obnoxius pontificis
traditionibus: nec oportet eum audiri: nisi dū Euange-
lium & Christū docet nec aliud ipse docere debet quā
fidem liberrimā, cum autē Christus dicat, Qui vos au-
dit me audit. Cur non Papa quoq; audit alios? non enī
solī Petro dicit: qui te audit. Deniq; vbi est vera fides:
ibi & verbū fidei esse necessariū est. Cur ergo Papa in-
fidelis non audit quādoq; seruū suū fidelem habētem
verbum fidei? Cæcitas Cæcitas in pontificibus regnat

Alij

Alij vero multo ipudentiores ex illo Mat. xxj. Pa-
pæ arrogant potestatem legum condendarum. Quodcumque li-
gaueris &c. cum ibi Christus de peccatis ligandis & re-
mittendis agat, non de Ecclesia tota captiuanda & legi-
bus opprimenda: ita omnia agit ista tyrannis fictis suis
verbis: tortis per vim ac deprauatis verbis dei. Hoc sa-
ne confiteor, Et te tyrannidem istam maledictam ferendam
Christianis, sicut quamlibet aliam violentiam huius mun-
di: iuxta illud Christi, Qui te percusserit in maxillam
dexteram, prebe ei & alteram: sed hoc quæror quod ipsi
pontifices se id iure posse & facere iactant, & rei Chris-
tianæ sese consulere. hac Babylone sua præsumunt hæc
ipsam opinionem omnibus persuadentes. Si enim consci-
entia impietatis & tyrannidis ea facerent, aut nos pate-
remur vim eorum inter ea securi numeraremus: quæ ad
mortificandam vitam hanc: & implendum baptismum va-
lent, integra nobis relicta conscientia gloriandi de iniu-
ria illata. At nunc volunt sic conscientiam libertatis no-
stræ illaqueari, ut credamus bene a se geri, quæ gerunt
nec licere ea reprehendi aut inique gesta querulari, &
cum sint lupi, videri volunt pastores cum fiunt antichri-
sti: volunt honorari pro Christo, pro hac duntaxat cla-
mo libertate & conscientia, clamoque fidenter.

Christianis nihil villo iure posse imponi legum: si-
ue ab hominibus siue ab angelis, nisi quantum volunt: libe-
ri enim sumus ab omnibus, Quod si quæ imponuntur sic
ferenda sunt: ut libertatis conscientia salua sit, que sciat
et certo affirmet iniuriam sibi fieri quam cum gloria fe-
rat: ita cauens ne iustificet tyrannum, ut ne murmuret
contra tyrannidam, Quis enim est (ait Petrus) qui vobis no-
I. j. ceat si

*Omne quo verbo
papa omnia iuram*

*Antiquitas que
orvat*

ceat si bonū emulati fueritis: oia cooperantur electis In
bonum, Attamē quia hanc baptismi gloriā & libertas
tis Christianæ foelicitatem pauci nouerant, nec præty
rannide Papæ nosse possunt: ipse me hic expedio & cō
scientiam meā redimo cōpellans Papam & omnes pa
pistas. Quod nisi sua iura & traditiōes sustulerint &
ecclesijs Christi libertatem suā restituerint, eamq; do
ceri fecerint, reos esse eos omniū animarū. quæ hac mi
sera captiuitate pereunt. Esseq; papatū aliud reuera ni
hil quam regnū Babylonis & veri Anticristi. Quis ei
est homo peccati & filius perditionis: quā is qui suis do
ctrinis ac statutis: peccata & perditionem animarū au
get i Ecclia, sedens tñ i Ecclia sicut deus? Ad hoc totū
abūde impleuit tyrānis papalis iā a multis seculis: que
fidē extirxit: sacramēta obscurauit: Euāgeliū oppōsit: su
as aut nō mō ipias & sacrilegas, verū ēt barbaras & ido
tissimas leges imperauit, & sine fine multiplicauit.

Vide ergo miseriam captiuitatis nostræ Quomo
do sedeat sola ciuitas plena populo, & facta sit vidua do
mina gētium, princeps prouinciarum sub tributo. Nō
est qui consoletur eam, etiam amici eius spreuerunt eā
&c. Tot ordines: tot ritus: tot secte: tot professiones: tot
studia: tot opera sunt, quibus hodie Christiani occupā
tur vt obliuiscantur baptismi sui, & nemo præ harū lo
custarum erucarum bruchorū multitudine meminif,
se possit: sese esse baptisatum aut quid in baptismo con
secutus sit. Decebat enim nos esse sicut paruuli baptisa
ti: qui nullis studijs nullisq; operibus occupati: in om
ni sūt liberi solius gloria baptismi sui secuti & salui. Su
mus enim & ipsi paruuli: in Christo assidue baptisati.
Oppone

Opponetur forsitan ijs quæ dicta sunt, baptismus ^{Q uomō}
paruulorum: qui promissionem dei non capiant: nec ^{fides alie-}
dem baptismi habere possunt / ideoq; aut non requiri ^{na pdest}
dem, aut paruulos frustra baptisari. Hic dico quod oēs ^{puulis}
dicunt: fide aliena paruulis succurri: illorum qui offe-
runt eos. sicut enim verbū dei potēs est dum sonat etiā
impij cor immutare: quod non minus est surdum & in-
capax quā vllus paruulus: ita per orationē Ecclesiæ of-
ferentis & credētis cui omnia possibilīa sunt: & paruu-
lus fide infusa mutatur: mundatur: & renouatur. Nec
dubitarem, etiam adultū impium eadē Ecclesia orāte
et offerente: posse in quouis sacramēto mutari, sicut de
paralytico Euāgelico legimus, aliena fide sanato Atq;
hac ratione libens admitterem sacramenta nouæ legis
esse efficacīa ad dandam gratiam / non modo non ponē-
tibus, sed etiā obstinatissime ponentibus obicē. Quid
enim fides Ecclesiæ & oratio fidei non tolleret: cū Pau-
lum Apostolum Stephanus hac vi conuertisse credat?
At tunc sacramēta nō sua sed fidei virtute faciūt quod
faciunt: sine qua nihil prorsus faciunt vt dixi.

Queritur etiam adhuc an paruulus nondū natus ^{An nondū}
possit porrecta ex vtero manu vel pede baptisari? Hic ^{plene na-}
nihil temere iudico, meamq; ignorantiam confiteor. ^{tus possit}
Nec scio an id satis sit, quod pro fundamēto habent. Es-
se videlicet aīam in qualibet parte corporis totā. Non
eī aīa, sed corpus baptisat aqua externe. Sed nec hoc
iudico quod dicūt renasci eū non posse qui natus non-
dum sit, & si vehementer vrgeat: ideo magisterio spūs
hæc relinquo: interim sinens quenq; suo sensu abūdare

Vnū hic addo quod vtinā cūctis queam psuadere:

I. ij. id est

Nota

id est ut vota prorsus oia tollerentur aut vitarentur: siue sint religionu: siue peregrinationu: siue quoruncunq; operum: maneremusq; i libertate religiosissima & operosissima baptismi. Dicit non potest quantum detrahat baptismi, & obscuret scientia libertatis Christiane opinio illa votoru plus nimio celebris ut interitaceat: infanda etia eaq; infinita picula aiarum que vouedi ista libido, iconsultaq; temeritas quotidie auget O impiissimi pontifices & infelicissimi pastores qui secure stertitis, & in vestris cupiditatibus lasciuitis & nihil compatimini super ista contritioe Ioseph pessima & piculosissima

Non fit promptus ad vouendum

Oportuit hic generali edicto vel tollere vota, illa persistim perpetua & ad baptismi vota cunctos reuocare, vel diligenter monere: ne quis temere voueret, nullu inuitare imo difficiles tardosq; ee ad vota pmittenda. Abunde em vouimus in baptismo & plus q; possumus implere, sat negocij habituri si huicvni intenderimus. At nuc mare & arida circuimus/ ut multos pelytas faciamus: mundu sacerdotibus/ monachis/ monialibus implemus: & hos oes perpetuis votis incarceramus. Hic inuenias qui disputet & statuunt opus itra votu esse pstantius opere extra & citra votum. Nescio quantis premijs i coelo alijs pferendum. Pharisei/ ceci/ & impij qui ex operu magnitudine & multitudie alia ve qualitate metiuntur iusticia & sanctitate, que ex sola fide apud deu mensuratur apud quem nulla est differentia operum nisi quanta est fidei differentia.

Abiectio christum

Faciunt hac bucca sua homines impij suis inuentio nibus opinionem & opera hominum inflant ad alliciedum stolidum vulgus: quod specie operum fere ducit in magnam

in magnam iacturam fidei obliuionem baptismi iniu-
riā libertatis Christianę. cum em̄ votū sit lex quedam
& exactio, necessario multiplicatis votis leges & ope-
ra multiplicantur: quibus multiplicatis fides extigui-
tur/ & baptismi libertas captiuatur. Hijs blādicijs im-
pijs nō contenti, addūt alij ingressū religionis esse ve-
lut nouum baptisma/ quod deiceps licet toties renoua-
ri quoties ab itegro ppositū religiōis renouatur, ita vo-
tarij isti sibi solis iusticiā: salutē: glām tribuerūt. Bap-
tismatis prorsus nihil reliq̄runt: quo possint eis cōferri.
Iā Ro. pōtifex superstionū oīm fons & autor magnifi-
cis bullis & indultis, has viuendi rōnes confirmat: ap-
probat: ornat, Baptismū vero nēo vel mēoria dignat̄.
Atq; ijs pōpis speciosis (vt dixi) sequacē populū Chri-
sti i quascunq; volent simplegadas pellunt: vt ingratū
suo baptismō præsument meliora suis operibus presta-
re q̄ alij sua fide.

*Romanis pō-
tis superstitio-*

Quare & deus rursus cū peruersis puerfus: vlturus
igratitudinē & superbiam votariorū facit: vt vota sua nō
seruent: aut cū ingēti labore seruant, maneatq; in eis
immersi: nunq̄ fidei & baptismi grām cognoscētes: &
cū non sit creditus cū deo spūs eorum/ perseuerēt in hi-
pocrisi sua i ppetuū, & tandē ludibrio sint toti mundo
semper iusticiā sectando & ad iusticiam nūq̄ perueniē-
do: vt impleant illud Isaie. ij. Et terra repleta est Idolis.

*Votarij vōm
sua nō seruant*

Ego sane non prohibueri nec repugnauerim si quis
priuatim arbitrio suo quippiā velit vouere, ne vota pce-
nitus contēnam aut damnē: sed publicum vitæ genus
hinc statui & confirmari, omnino dissuaserim. Sufficit
cuiq; vouēdi priuata licētia periculo suo publicam ve-

ro cōmendari rationem viuendi in votis vouendis ar-
bitror pnciosum esse Ecclesie & animabus simplicibus
Primū quod nō parū Christiane vitæ repugnet, in hoc
quod votū est lex quedā cœrimonialis & hūana tradi-
tio seu p̄sumptio: a qua Ecclesia per baptismū liberata
est. Xp̄ianus em̄ nulli legi addictus est nisi diuinæ De
inde quod non habet exemplū in scripturis, precipuæ
castitatis, obedientiæ, paupertatis perpetuæ votum.

*pro manu scriptum
receptum no p*

Quod autē e scripturis exemplū nō habet piculosum
est nulli prorsus suadendum, multo minus p̄ vulgari
& publico viuendi genere statuendū: & si cui libet aus-
dere suo periculo quod voluerit sit permittendum Ope-
ra enim quedā spiritus in paucis operatur: quæ in exē-
plum aut viuendi modum nequaquā sunt vocanda.

Sed & vehementer metuo: ne voti uæ istæ vouendi
rationes religiosorum sint de numero eorum: de quib-
us Apostolus p̄dixit. Erunt docētes in hypocrisi mē-
daciū, prohibentes nubere & abstinere a cibis quos
deus creauit ad p̄cipiendum cū gr̄arum actione. Nec
mihi quisquē obiecerit sanctū Bern. Franciscū, Dñicū,
& similes religionū vel autores: vel auctores. Terribis-
simus & mirabilis est deus in cōsilijs suis sup filios homi-
num: potuit Danielem, Ananiam, Azariam, Misael, i
Babylonici regni (id est in media impietate) administra-
tione seruare sanctos: cur nō potuisset & hos i piculoso
vitæ gñe sc̄tificare: aut singulari ope spiritus guberna-
re: quod tamē exēplum alijs fieri nollet. Et certū ē: nul-
lum illorum p̄vota sua & religionē fuisse saluatū: sed p̄
fidem solam: in qua oēs saluantur, contra maxime om-
nium pugnant speciose ille seruitutes votorum.

Sed abundet

Sed abundet hic sensu quisq; suo, Ego qđ cepi profes-
quar: cū p libertate Ecclie & glia baptismi nūc loquar
in mediū consulere debeo: qđ spū magistro itellexero.
Quare cōsulo. Primū magnatibus Eccliarū: vt omnia
ista vota seu vitas votariorū tollant: vel nō pbent & ex
tollāt, Aut si hoc nō fecerint: suadeo oibus qđ volūt secu
rius salui fieri: vt sibi ab oibus votis: p̄serti magnis & p
petuis tēperent, maxime adolescentes & iuuenes. Hoc
cōsulo primū: iō qđ hoc vitę genus vt dixi nullū habet i
scripturis testimoniū & exēplū: sed solis hoim pontifi-
cum bullis & vere bullis est inflatū Deinde: qđ p̄cliue
sit i hypocrisim: p̄ suā speciē & singularitatē: vñ nasci
tur superbia & cōtemptus cōmunis Christianę vitę. At
si nulla alia esset cā eadē vota tollēdi: hęc vna satis ha-
beret pōderis, Qđ p̄ ip̄a fidei & baptismo detrahīt &
opa magnificāt q̄ sine p̄nicie magnificari nō p̄nt. Nā
inter multa milia vix est vnus, qui non magis opera in
religionibus sese suscipiat q̄ fidē: qua isania & sese mu-
tuo p̄ferunt: tanq̄ strictiores & laxiores vt vocant.

Abstinen
dum a vo-
tis perpe-
tuis.

Quare ergo nulli suadeo: immo omnibus dissua-
deo: ingressum cuiuscunq; religionis aut sacerdotij ni-
si sit ea scientia p̄cemunitus vt intelligat: opera quan-
tunlibet sacra & ardua religiosorum & sacerdotum in
oculis dei. prorsus nihil distare ab operibus rustici in a-
gro laborantis: aut mulieris in domo sua curantis: sed
sola fide omnia apud eum mensurari sicut **Hiere. vj.**
dicit, Domine oculi tui respic iunt fidem. **Ecclesia**
stici, trigesimo secundo. In omni opere tuo cre-
de ex fide animę tuę. **Hęc** enim est conseruatio
mandatorum. Immo frequentius conttingere,
vt gratius

vt gratius sit ancillæ aut serui domesticū & vile opus:
quā oīa ieiunia & opera religiosi & sacerdotis ob fidei
defectum. Cū ergo p̄babile sit vota hodie non nisi ad
operum valere iactantiā & p̄sumptionē, metuendum
est nusq̄ minus de fide & Ecclesia esse q̄ in sacerdoti-
bus: monachis: & Episcopis & eos ipsos esse reuera gē-
tiles seu hypocritas, qui se Ecclesiam aut cor Ecclesiæ
item spirituales & rectores Ecclesiæ arbitrātur cū sint
nihil minus, Et hunc esse vere populū trāsmigratiōis,
in quibus captiua sunt oīa q̄ nobis in baptismo libera
donata sunt/ relicto populo terræ paupere & modico q̄
velut coniugatis contingit viles i oculis eorū apparēt.

Potestas
Papæ i vo-
to.

Ex his duos insignes errores Ro. pontificis cogno-
scimus. Prior quod dispēsat in votis: facitq; id quasi so-
lus pre om̄ibus Christiānis habeat autoritatē: tanta est
hominum impiorū temeritas & audacia. Si enim votū
dispensari potest/ quilibet frater cū proximo & ipse se-
cum dispensare potest: s̄n dispēsatē p̄ximus nō potest
nullo iure Papa potest. Vnde enī habet hanc autorita-
tem? Ex clauibus? At heæ omnibus cōmunes sūt & su-
per pctā dūtaxat valēt Matth. xvij. Cum autē & ipsi fa-
teantur vota esse iuris diuini: quid miseras fallit & per-
dit animas dispēsans in iure diuino quod est indispen-
sabile? Blatterat quidem tit. de vo. & voti redē. se posse
mutare vota, sicut olim in lege, primogenitum a sinī
mutabatur oue: quasi idem sit primogenitū a sinī & vo-
tum quod tam cōstāter vbiq; exigit reddi: aut si domi-
nus in lege sua ouem p̄ asino statuatur mutari, mox etiā
homo Papa in lege nō sua/ sed eiusdē dei eandē habeat
potestatē. Non Papa hanc decretalem fecit sed asinus

pro papa

pro papa mutatus, sic insyngniter & delyrus & ipius est
Posterior quod rursus decernit matrimoniū dirimi ^{Potestas}
si alteri altero etiā inuito monasterium igrediatur, nō ^{papæ i ma}
dum consumato matrimonio. Obsecro Quis satā hęc ^{trimonio,}
inspirat Papæ portenta? deus præcipit homini seruari
fidem, & veritatem iuicē custodire. deinde de suo quē
q; facere bonum. odit enim rapinam in holocaustum:
vt per Isaiam dicit. At coniunx altera alteri per pactū
fidem debet: nec suus est, quā nullo iure potest dissol-
uere: & quicquid de se facit / de rapina facit, altero inui-
to. Aut quare non etiā hac regula, qui ære alieno præ-
mitur religionem intrat & suscipitur: vt a debitīs libere
tur, vt fidē liceat negare? Cæci, cæci, Quid est maius
fides a deo precepta an votum per hominē excogitatū
et electum? Tu es pastor animarum Papa? & vos estis
doctores sacræ Theologiæ qui hęc docetis? Quæ enī
causæ sic docetis? Nempe quod votū meliore opere quā
coniugium ornastis, sed non fidem, quæ sola magnifi-
cat omnia. sed opera magnificatis quæ nihil sūt coram
deo, aut omnia & qualia, quantum ad meritum attinet

Ego itaq; non dubito in votis si recta sunt, neq; ho-
mines neq; angelos posse dispensare, Sed hic non sum
plane mihi ipsi persuasus. an ea sub voto cadant omnia
quæ hodie vouentur, Quale est illud mire ridiculum
et stultum, quod parentes vouent prolem vel nondum
natanam vel infantē, ad religionem seu perpetuam casti-
tatem, immo hoc sub nullo voto cadere certum est, &
videtur esse quædam irrissio dei, dum ea vouent, quæ
nullo modo in sua sunt potestate. Ad religiosos venio,
quorū tria vota quo magis cōsydero, eo minus itelligo

K. j. mirorq;

mirorq; vnde inoleuerit ista votorum exactio, iam hoc multo minus intelligo, quo ætatis anno voueri possint vt legitima sint & valeat In hoc placeat conuenisse oēs ante ānos pubertatis, nihil valere vota eorum: licet magnā partem puerorum hic fallant ignarā tā suæ ætatis quam rei quam vouēt: non enim obseruant in suscipiēdis annos pubertatis: tum professos dīra cōsciētia: quasi consensu postea secuto captiuos tenent & deuorant: quasi votum quod irritum fuit, tandem ratum fiat succedentibus annis.

At mihi stultum videtur, ab alijs præstitū terminū legitimū voti alterius: qui sibi ipsis non possunt præstitū tuere. Nec video: cur valeat votum decimo octauo anno factum & non decimo aut duodecimo. Nec satisfacit quod decimo octauo sentit homo carnē suā. Quid si vix vicesimo aut tricesimo sētiat: aut fortius tricesimo quam vicesimo sentiat: Aut cur non diffinitur æque terminus paupertati & obedientiæ: Sed quod tempus dābis: quo se auarum & superbū sentiat, cum etiā spiritualissimū hos affectus vix deprehendant: Ergo nūquā erit vllum votum certum & legitimū, nisi donec spirituales facti fuerimus: & votis iam nō egerimus. Vides itaq; res istas incertas & periculosissimas esse, vnde salutare consiliū foret has sublimes viuendī rationes votis liberis soli spiritui relinquere sicut olim fuerunt, & nequaquā in genus quoddā perpetuæ vitæ mutādas esse. Verum hæc iterim de Baptismo & libertate eius, satis, Suo forte venient tempore vota latius tractanda, vt sunt reuera tractatu vehementer necessaria.

DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

TERTIO loco de poenitentiae sacramento dicendum
in qua re: editis iam tractatulis & disputationibus satis
multos offendit, & quid in ea sentirem abunde exposui
Nunc breuiter repetenda pro tyrannide reuelanda, quae non
parcius hic grassatur quam in sacramento ponis. In his enim
duobus sacramentis quia lucrum & questus locum habent, incre-
dibili negotio insaniuit avaritia pastorum in oves Christi
quanquam ut re deuotis vidimus & baptismus ut auaritia
seruiretur misere occubuit in adultis.

Primum huius sacramenti & capitale malum est: quod sa-
cramentum ipsum in totum aboleuerunt, ne vestigio quidem
eius relicto. Nam cum & ipsum sicut & alia duo constet: ver-
bo promissionis diuinae & fide nostra, utrumque subuerterunt
Nam verbum promissionis, ubi Christus dicit Matt. xvj,
Quodcumque ligaueris &c. Et. xvij. Quodcumque ligaue-
ris &c. Et Iohan. vlt. Quorum remiseritis peccata remit-
tuntur eis &c. quibus puocatur fides poenitentium, pro remis-
sione peccatorum impetranda suae tyrannidi aptauerunt. Un-
uersis ei suis libris, studiis, sermonibus, non hoc egerunt,
ut docerent, quid christianis in his verbis promissum esset
quid credere deberent, & quantum consolationis haberent, sed
quam late, longe profunde ipsi potentia & violentia tyrannis-
saret, donec quidam & angelis in caelo ceperint manda-
re & iactent incredibili & furoris, impietate se caelestis
& terreni imperij iura in his accepisse, atque in caelis etiam li-
gandi potestatem habere, ita prorsus nihil de fide salu-
tari populi, sed de potestate tyrannica Pontificum omnia blat-
terant, cum Christus nihil de potestate, sed de fide om-
nia agat.

Non enim imperia, non potestates, non dominatio-

Kii nes

nes: sed ministeria in Ecclesia sua constituit. sicut ex Ap-
postolo didicimus dicente Sic nos existimet homo ut mini-
stros Christi & dispensatores mysteriorum dei. Quare sicut
ibi cum dicit, Quicumque crediderit & baptisatus fuerit:
saluus erit, fidem prouocauit baptisandorum: ut hoc pro-
missionis verbo homo certus sit: si baptisaretur credens:
salutem sese consecuturum: ubi nihil prorsus potesta-
tis tributum, sed ministerium duntaxat baptisantum insti-
tutum sit: Ita hic cum dicit Quodcumque ligaueris &c, fidem
prouocat poenitentis: ut hoc promissionis verbo certus
sit si solueretur credens: vere solutum se esse in caelo ubi
plane nihil potestatis: sed ministerium tangit absolu-
tis. Et satis mirum est quid acciderit caecis & arrogan-
tibus hominibus ut ex promissione baptisimali: non etiam
sibi tyrannidem arrogarint aut si hinc non arrogant: cur
in poenitentiali promissione id praesumpserint: cum tro-
bique sit par ministerium similis promissio, eadem sacra-
menti ratio, ut non possis negare, si Baptismus non soli Pe-
tro debetur: etiam clauis impia tyrannide soli Papae ar-
rogari.

Ita cum dicit, Accipite hoc est corpus meum quod pro
vobis tradetur: Hic est calix in sanguine meo &c, fidem
prouocat manducantium, ut his verbis per fidem firmata
conscientia certi sint, sese remissionem peccatorum accipere si
manducauerint. Nec hic aliquid potestatis sonat, sed
solum ministerium. Sed baptisimi promissio utcumque vel in-
fantibus permansit panis & calicis promissio extincta in au-
ariciae seruitute migravit: & ex fide opus ex testame-
nto sacrificium natum est, Poenitentiae promissio abiit in tyra-
nidem violentissimam: & imperium plusquam temporale
statuendum.

statuendum.

Non hoc contenta Babylonia nostra, fidem quoque adeo extinxit: ut impudēti fronte eā negaret necessariam eē in sacramēto isto immo Antichristica impietate definirēt heresim esse si fidē necessariā quis assereret, Quid āplius potuit tyrānis ista facere & nō fecit? Vere sup flumina Babylonis sedemus & flemus dū recordamur tui Zion in salicibus in medio eius, suspendimus organa nra. Maledicat dñs steriles istas salices fluminum istorū, Amen. Oblitteratis itaque ac subuersis pmissione & fide, videamus quid substituerint in locum earū Tres ptes dederūt poenitētiæ: cōtritionē, confessionē, satisfactiōē, sed sic, ut i singulis, si quid boni inesset tollerēt: & i eisdē quoque suam libidinē & tyrannidem constituerent.

PRINCIPIO contritionem sic docuerunt: ut eam fide promissionis priorem facerent & longe viliores, ut quæ non esset fidei opus: sed meritum immo nō memorantur eam. Sic enim operibus inhæserunt & exemplis scripturarum in quibus leguntur multiveniam consecuti propter cordis contritionem & humilitatem, sed non aduertunt fidem: quæ contritionem & dolorē cordis operata est, sicut de Niniuitis Ionæ. ij. scribitur. Et crediderunt viri Niniuitæ in domino & prædicauerunt ieiunium &c. His audaciores & peiores finxerūt quādam attritionē: quæ virtute clauium (quam ignorant) fieret contritio eam donant impijs & incredulis, ut sic vniuersa contritio aboleretur. O iram dei insustentabilem, hæccine in Ecclia xpī doceri? Sic securi & fide & ope eius abolito in doctrinis & opinionibus

K. iij. hominum

Nota hic
multa de
cōtritione

hominum incedimus immo operimur. Magna res est
cor contritum, nec nisi ardentis in pmissione & comi-
nationem diuinam fidei, quæ veritatem dei immobila-
lem intuita tremefacit: exterret & sic cõterit conscien-
tiam: rursus exaltat & solatur seruatq; contritã: vt veri-
tas cõminatiõis sit cã cõtritiõis, veritas pmissiõis sit so-
latij, si credat & hac fide hõ mereat pctõrũ remissionẽ
p̄defides añ oia docenda & puocãda est fide aut obtẽ-
ta: cõtritio, & cõsolatio ieuitabili seq̄la sua spõteueniẽt

Quare & si nõ nihil docent: q̄ ex pctõrum suorum
(vt vocant) collectu & conspectu, contritiõẽ parandã
docent: piculose tñ & puerse docẽt dũ non ante prin-
cipia & causa: docent contritiõis. nẽpe diuinæ cõmi-
nationis & promissionis veritatẽ imobilem ad fidẽ pu-
uocandam: vt intelligãt multo maiorĩ negotio sibi ve-
ritatem diuinã esse spectandam, vnde humiliẽtur &
exaltentur, quã pctõrum suorum turbam: quæ si citra
veritatem dei spectentur: potius refricabunt & auge-
bunt peccati desyderium q̄ contritiõẽ parent. Taceo
hic insuperabile cahos laboris quod nobis imposuerũt
scilicet vt omniũ peccatorum formemus cõtritiõẽ, cũ
hoc sit ipossibile & minorẽ ptem pctõrum scire possu-
mus, deniq; & bona opa inueniantur eẽ peccata, iuxta
illud Psal. cxlij. Non itres in iudiciũ cum seruo tuo
quia nõ iustificabitur in conspectu tuo ois viuens. Sa-
tis enim est si ea doleamus peccata, quæ præsentĩ con-
scientiã mordent, & facile prospectu memoriæ cogno-
scũtur. Nam qui sic affectus est absq; dubio paratus est
de omnibus dolere & timere, dolebitq; ac timebit: vbi
in futurum reuelata fuerint.

Caue

Caue ergo in contritionem tuam confidas: aut dolo-
ri tuo tribuas remissionē peccatorū. Nō respicit ppter hęc
deus sed propter fidem qua minis & promissis eius cre-
didisti quæ operata est dolorem eiusmodi: ac p hoc nō
diligentiæ peccatorum collectrici sed veritati dei & fi-
dei nostræ debetur quicquid boni in Pœnitentia fue-
rit. Cætera omnia sunt opera & fructus quę sua sponte
sequuntur: & bonum hominē nō faciunt sed a bono iā
per fidem veritatis dei factō fiunt. Sic fumus ascendit
in ira eius: quia iratus montes conturbat & succendit.
vt Psal. xvij. dicitur, prior est error cōminationis qui
succendit impios: hanc fides acceptans fumat contri-
tionis nebulam &c.

Cōtritiō tñ minus tyrannidī & quęstui, sed in totū
impietati & doctrinis pestilentibus patuit. Confessio
vero & satisfactio egregiæ officinæ factę sunt lucri &
potētia. De confessiōe prius. Nō est dubiū confessio-
nem peccatorum esse necessariā & diuinitus mandatam.
Matth. iij. Bap̄tisabātur a Iohāne in Iordane cōfite-
tes peccata sua. j. Ioh. j. Si cōfessi fuerimus peccata nra, fidelis ē
& iustus q̄ remittat nobis peccata nra. Si dixerimus quia
nō peccauimus mēdacē eū facimus: & verbū eius i no-
bis nō est. Si ei sc̄tis nō licet negare peccatū suū, quātomi-
nus publicis aut magnis peccatis obnoxios oportet cōfi-
teri. Sed oim efficacissime Mat. xvij. instituta cōfessio
p̄batur vbi Xps docet fratrem peccantem corripiēdū:
prodendum: accusandum: & si non audierit excommu-
nicandum. Tunc enim audiet quādo agnoscet & confi-
tebitur peccatum suū correptioni cædens.

Occultat autē confessio quæ modo celebratur, & si
p̄bari

Confessio
est diuini-
tus institu-
ta

Confessio
auticularis
hodierna.

probari ex scriptura non possit miro modo tamē placet
& utilis imo necessaria est nec vellem eam non esse, im-
mo gaudeo eā esse in Ecclesia Christi cum sit ipsa affli-
ctis conscientijs vnicum remedium. Siquidē detecta
fratri nostro cōscientia & malo quod latebat familiari-
ter reuelato, verbū solatiij recipimus ex ore fratris a deo
prolatum, quod fide suscipientes pacatos nos facimus
in misericordia dei per fratrem nobis loquentis, Hoc so-
lum detestor Esse eam confessionem in tyrannidem &
exactionem pontificū redactam. Nam & occulta sibi
reseruant, deinde nominatis a se confessoribus reuela-
ri mandant, ad vexandas scilicet hominum consciētias
solum pontificantes, officijs veris pontificū prorsus (quae
sunt euangelizare & pauperes curare) contēptis. Quin
ea potissimum reseruant sibi ipsi tyranni, quae minoris
sunt momenti: magna vero passim relinquūt vulgo sa-
cerdotum. Qualia sunt ridicula illa & cōficta in bulla
Cœnæ domini: imo quo sit manifestior peruersitatis i-
pietas ea quae contra cultum dei fidē & prima precepta
sunt, non modo non reseruant sed & docent & probant
qualia sunt discursus illi peregrinationum, cultus per-
uersi sanctorum: mendaces legendæ sanctorum: varia
fiducia & exercitia operum & cerimoniarū quibus om-
nibus fides dei extinguitur & Idolatria fouetur, sicut ē
dies hæc: vt pontifices hodie alios non habeamus quā
quales olim Hieroboam in Dan & bersabee constituit
vitulorum aureorum ministros. vt qui legem dei fidē
& quicquid ad pascēdas oues Christi ptinet ignorātes
sua tantū inuenta, populis i timore & potestate iculcāt
Ego et si violentiam istam reseruatorum ferēdā esse
suadeo,

suadeo, sicut & vniuersas omnium tyrannides ferre iubet Christus, & his exactoribus parendum esse docet: tamen ius reseruandi eos habere nego neque credo, quod nec vno apice aut iota possunt probare, ego autem contrarium probo, Primum. Si christus Matth, xxiiij de publicis peccatis dicit nos esse lucratos animam fratris, si correptus nos audierit, nec prodendum Ecclesiae, nisi audire noluerit: & ita inter fratres peccatum emendari potest, quando magis de occultis verum erit ipsum tolli: si fratri frater sponte confessus fuerit: vt non sit necesse Ecclesiae, id est praelato aut sacerdoti (vt ipsi garrunt: interpretantes) id ipsum prodere? In quam sententiam & aliam habemus Christi auctoritatem dicentis ibidem Quodcumque ligaueritis super terram: ligatum erit & in caelis: & quodcumque solueritis super terram, solutum erit & in caelis. Hoc enim omnibus & singulis Christianis dictum est, vbi & iterum in idem dicit. Rursum dico vobis, Si duo ex vobis consenserint super terram: de omni re quamcunque petierint fiet illis a patre meo: qui est in caelis. At frater fratri occulta sua pandens & veniam petens: certe cum fratre super terram consentit in veritate quae Christus est. De quo adhuc clarius ibidem praedicta confirmans, dicit. Amen enim dico vobis: vbi fuerit duo aut tres in nomine meo congregati: in medio eorum sum ego

Proinde ego non dubito eum esse a peccatis suis occultis absolutum: quisquis siue sponte confessus: siue correptus: veniam petierit & emendauerit: coram quouis priuatim fratre: quicquid contra haec insanierit pontificum violentia: quando Christus & manifesta dedit absolueri cuilibet suo fidei. Adde & ratiunculam, Si occultorum

Quodcumque
ligaueritis
&c. dicitur
omnibus
Christianis,

Lj. torum

torum valeret reseruatō vlla: vt nisi eis remissis non es-
set salus maxime illa īpedirēt salutē: quæ supra memo-
raui: ip̄a etiā bona opa & idolatriæ: quas a p̄tificibus
docemur hodie: q̄ si hæc nō īpediunt grauissima. quā-
to minus & illa stultissime reseruātur leuiora: Verum
ignorātia & cecitas pastorū operāt hæc portēta ī ecclia
Quare ego principes istos Babylonis & Ep̄os Betha-
uen monerē sibi temperēt a reseruādīs casibus quibus-
cūq; Deīde de occultis audiēdæ cōfessionis facultatē
p̄mittūt liberrimā oībus fratribus & sororibus: vt pec-
cator cui voluerit suū p̄ctm̄ reu elet veniā & solatiū: id
est verbū xp̄i ex ore pximi petiturus. Nihil em̄ agūt
his suis temeritatibus q̄ vt conscientias infirmorum si-
ne causa illaqueent: suā tyrannidē impiā stabiliant &
e peccatis ac perditōe fratrum auariciam suam pascāt
sic enim sanguine animarum contaminant manus suas:
& filij deuorantur a parentibus, & Ephraim deuor-
ant Iudam, & Syria Israelem toto ore, vt Isaias dicit.

**Circūstan-
tię p̄ctōrū.** His malis adiūcerunt circūstātias, itē m̄res: filias
sorores: affines: ramos fructus p̄ctōrū: excogitata scilicet
p̄ acutissimos & ociosissimos hoīes etiā ī p̄ctis arbo-
re quadā cōsanguinitatis & affinitatis tā fœcūda est
pietas & inscitia. Abijt em̄ ista cogitatio cuiuscūq; ne-
bulonis fuerit, ī publicam legē sicut & multa alia. Sic
enim super Eccliam xp̄i vigilāt pastores vt quicquid
vel somniauerit sup̄stitionis aut opis noui deuotarij il-
li stultissimi, mox p̄ditū, ornēt etiā indulgentijs & mu-
niant bullis: tantum abest vt inhibeant & populo dei
sinceram fidem & libertatem custodiant. Quid enim
libertati & tyrannidi Babyloniæ? At ego quicquid est
circū-

circumstantiarum consulerim poenitus cōtēnere Apd
Xpianos vna est circūstantia q̄ est peccasse fr̄em. Nul-
la em̄ p̄sona fraternitati Xpianæ cōparanda est, nec ali-
quid aliud facit obseruatio locorū: tpm: di erū: p̄sona-
rum: & si qua alia est iflatura superstitiosa q̄ vt magni-
ficet ea que nihil sunt. in iniuriā eorum que om̄ia sunt
quasi qd grauius aut maius eē pōssit fraternitatis chri-
stianæ gl̄ia: ita affigunt nos locis & diebus & personis
vt vilescat fraterni nominis opinio, & pro libertate cap-
tiuitatem seruiamus: nos quibus omnes dies: loci: per-
sonæ: & quicquid extremum est æqualia sunt.

Satisfactionem q̄ indigne tractarint abunde dixi in **Satisfactio**
causis indulgētiarū qua egregie sunt abusi, ad perden-
dos xpianos in corpore & aīa. Primū eā sic docuerunt
vt populus veram satisfactionē nō intelligeret vnq̄, q̄
est innouatio vitæ. Deinde sic instant & necessariam
faciunt, vt fidei in Christum nō relinquunt locū miser-
rime excarnificatis eo scrupulo conscientijs: alio cur-
rēte ad Romam: alio huc: alio illuc: illo in Carthusiam
illo in alium locū alio virgis se flagellante: alio corpus
suum vigilijs & ieiunijs occidente: omnibus vno furo-
re dicentibus, Ecce hic & hic est Christus & regnum
dei, Quod intra nos est cum obseruatione venturum
putantibus. Quæ monstra tibi debemus Romana se-
des & tuīs homicidis legibus & ritibus, quibus mun-
dum totum eo perdisti, vt arbitrentur sese posse deo p̄
opera pro peccatis satisfacere: cui sola fide cordis con-
triti satisficit.

Quam tu his tumultibus non solum taceri facis, Sed
opprimis etiam. Tantum vt habeat Sanguisuga
tua

tua infatigabilis quibus dicat, affer, affer: & peccata vedat.

Procellerunt ex his quidam ad eas desperationis machinas, animabus parandas, ut statuerent omnia peccata de novo esse repetenda confitenti: pro quibus iuncta satisfactio esset neglecta. Et quid non auderent: qui in hoc nati fuerunt: ut nihil non decies captiuarent? Porro: quanta quaeso pars ea est imbuta opinione: se esse in statu salutis & pro peccatis satisfacere si perculas a sacerdote impositas voce tenus murmurauerit? Etiam si inter nec cogitet quidem vitae rationem emendare. Vno enim momento contritionis & confessionis mutatam esse vitam, credunt: su peresse vero tantum: ut satisfaciant pro praeteritis peccatis. Quo modo aliter saperent qui aliud non docentur? Nihil hic de mortificatione carnis cogitatur, nihil valet exemplum Christi qui adulteram absoluens dicit, Vade & amplius noli peccare: crucem scilicet carnis mortificandae ei imponens. Huic peruersitati dedit occasionem non modicam quod peccata absoluimus ante satisfactionem impletam qua fit: ut magis solliciti sint de implenda satisfactione que durat quam de contritione: quam transisse iter confitendum credunt cum contra Absolutionem oporteat esse sicut erat in primitiua Ecclesia posteriore, satisfactio ne impleta: quo fiebat: ut opere cessante: postea magis in fide & nouitate vitae exercerentur. Verum de his satis repetitum esto: quae super indulgentiis latius dixi: atque haec in totum de tribus istis sacramentis inter retulisse satis sit: quae tam multis & noxijs libris sententiarum & iuridicis tractantur & non tractantur: superest de reliquis quoque sacramentis aliquid tractare ne sine causa videar ea reiecisisse.

Satisfactio
dicitur esse prior
absolutione.

Mirum est

*De sacramento
Confirmationis*

Mirum est quid in mentem illis venerit: vt sacramē-
tum confirmationis facerent: ex impositione manuū:
qua legimus xpm paruulos tetigisse. Apostolos dedif-
se spiritūsanctū: ordinasse presbyteros & infirmos cu-
rasse: vt ad Tymo. scribit Apl's Neminī manus cito im-
posueris. Cur nō ex sacramēto panis etiā Confirmatio-
nem fecerunt: qñ scriptum est act. ix. Et cū accepisset
cibum confortatus est. Est psal. ciij. Et panis cor hois
confirmet: vt sic cōfirmatio tria complectatur sacramē-
ta panem, ordinē, & ipsam cōfirmationem? Si autē sacra-
mentum est quicquid Apostoli fecerunt cur non ma-
gis predicationem fecerunt sacramentum?

Confirma-
tio

Non hæc dico: q̄ damnem sacramenta septem, sed
q̄ e scripturis ea probari negem Atq; vtinā eēt in Eccle-
sia talis manuum impositio: qualis erat Apostolorum
tpe: siue eam cōfirmationem siue curationem appella-
re vellemus. At nunc nihil eius relictum est: nisi quā-
tum ipsi excogitauimus: pro ornandis officijs Episco-
porum: ne penitus sint sic̄ ope in Ecclia. Postq̄ ei sacra-
menta illa negotiosa vna cū verbo, alijs inferioribus:
vt viliora reliquerunt (nempe, q̄ quicquid diuina insti-
tuit maiestas hoibus oporteat eē contemptū) iustum
fuit, vt facile aliquod: quod tam delicatis & magnis he-
roibus non esset molestum, inueniremus & nequaq̄
ceu vile inferioribus cōmitteremus. Nam quod hūa-
na statuit sapiētia, oportet vt hoibus sit honoratum Ita
quales sūt sacerdotes, tale habeāt ministeriū & officiū
Nā Ep̄s nō euāgelisans, nec aīas curās: q̄d est, nisi ido-
lum i mūdo hñs nomen & figurā Ep̄i? Nos autē p hac
vice sacramēta diuinitus istituta quærimus, inter quæ

L. iij. vt confira-

vt confirmationem numeremus, nullā inuenimus cau-
sam, Ad sacramenti eī cōstitutionē, ante oīa requirīt
verbū diuinæ p̄missionis, quo fides exerceatur. At ni-
hil legimus x̄pm vs̄piam de cōfirmatione p̄misisse, li-
cet ip̄e multis ip̄osuerit manus: & Marci vltio, Inter si-
gna ponat, Manus egris ip̄onent & bñ hēbunt, at hæc
nemo sacramēto, sicut nec p̄t, aptauit Quare satis est
pro ritu quodā Ecclīastico ceu cerimonia sacramētalī
cōfirmationē habere, simīlē ceteris cerimonijs conse-
crandæ aquæ, aliarūq; rerū. Nam si oīs alia creatura s̄a
ctificatur p̄ verbū & oīonē, cur nō multo magis homi-
nem liceat sanctificare eisdē: quæ tñ: qua p̄missionem
diuinam non hñt, sacramenta fidei dici non p̄nt. Neq;
eī salutē operantur. At sacramenta seruant credentes
p̄missioni diuinæ.

DE MATRIMONIO.

Matrimonium non solū sine vlla scriptura p̄ sacra-
mento censetur, verū eisdē traditiōibus, quibus sacra-
mentū esse iactatur, merū ludibriū factū est: de quo a-
liquid videamus. Diximus in oīs sacramēto hēri verbū
p̄missionis diuinæ: cui credi non oporteat ab eo, q̄ si-
gnū suscipit: nec solū signū posse sacramētum eē. Nus-
q̄ aut legitur aliquid græ dei accepturū: quisq; vxorē
duxerit. Quin nec signū est diuinitus institutū in M̄ri-
monio: Nec eī vs̄piā legitur a deo institutū vt aliquid
significaret, licet oīa q̄ visibiliter gerūtur possint intel-
ligi figurę & allegorię rerū inuisibiliū. At figura aut al-
legoria nō sūt sacramēta vt nos de sacramētis loq̄mur.
Deinde cū m̄rimoniū fuerit ab initio mūdi & apud
infideles adhuc permaneat, nullæ subsint rationes vt
sacramētū

sacramētum nouæ legis & solius Ecclesiæ possit dici.
Non minus em̄ erant Matrimonia patrū sancta q̄ n̄ra
minus vera infidelium q̄ fidelium: nec in eis tñ ponūt sacra
mentum. Ad hæc sunt apud fideles quoq; impij coniu
ges: quibusuis gentibus peiores, cur hic sacramētū di
ci debet: & nō apud gētiles? An de baptismo & Ecclia
sic nugabimurvt sicut qdā delirant, Imperiū tpale nō
eē nisi in Ecclia ita m̄rimoniū nō esse sacramētū nisi i
Ecclia dicamus? puerilia sūt hæc & ridicula: p̄ q̄ n̄ram
inscitiam & temeritatem fidelibus risui exponimus.

At dicent Apostolus dicit, Ephe. sexto. Erunt duo
in carne vna, Sacramentum hoc magnū est, Tu ne er
go tam euidentī Apostoliverbo cōtradices? Respondeo
& hoc argumentū esse magnæ oscitantiaē & indiligen
tis inconsulteq; lectionis. Nō enim habet vniuersa scri
ptura sancta, hoc nomen sacramentum in ea significa
tione qua noster vsus: sed in contraria. Vbiq; enim si
gnificat non signum rei sacrae, sed rem sacram secretā
& absconditam. Sic Paulus. ij Corinth. iij. Sic nos ex
istimet homovt ministros Christi & dispensatores my
steriorū dei. i. sacramētorū Vbi ei nos hēbus sacramē
tū: i græco mysteriū ponit: qđ aliqñ trāssert interpres
aliqñ dimittit græcam vocē: vnde & hic in Græco dici
tur, Erunt duo in carne vna: mysteriū hoc magnū est.
Quæ res fuit occasio: Vt Sacramentum nouæ legis in
telligerent longe aliud facturi si Mysterium legissent
vt in Græco est.

Sic. j. Timo. iij. Christum ipsum vocat sacramētū
dicens Et manifeste magnū sacramētū (id est mysteriū)
est qđ manifestatū est in carne iustificatū est in spiritu
apparuit

Matrimo
nium non
est sacra
mentum,

apparuit angelis predicatum est gentibus creditum est mundo: assumptum est in gloria. Cur non & hinc octauum nouae legis hauserunt sacramentum: cum tam clara haberent autoritatem Pauli? Aut si hic se continuerunt ubi opportunissime potuerunt copiosi esse in sacramentis iueniendis cur illicita luxuriarunt? scilicet ignorantia tam rerum quam verborum eos fefellit: qui in solo verborum sono, imo opinionibus suis haeserunt. Cum enim semel sacramentum per signum accepissent humano arbitrio: mox sine omni iudicio et scrupulo signum ex eo fecerunt: ubicumque in sacris literis legerunt. Quales verborum significationes & humanas consuetudines & alias in literis sacras iuexerunt: eaque in sua somnia transformauerunt: quodlibet ex quo libet facientes. Sic perpetuo desipiunt in verbis illis: opus bonum, opus malum: peccatum: gratia: iusticia: virtus et fere quicquid est capitalium rerum & verborum: omnibus enim his utitur suo arbitrio ex hominum scriptis assumpto: in perniciem & veritatis dei & salutis nostrae

Igitur sacramentum & mysterium apud paulum est ipsa sapientia spiritus abscondita in mysterio: ut. j. Corin. ij. dicit: quae est Christus: qui ob id ipsum etiam non cognoscitur principibus huius mundi: vnde & eum crucifixerunt: & adhuc manet eis stulticia scandalum lapidis offensionis: & signum cui contradicuntur. Horum mysteriorum dispensatores vocat praedicatores quia predicant christum: virtutem & sapientiam dei: sed ita ut nisi credas non comprehendas: ideo sacramentum mysterium secretaque res est: quae verbis indicatur, sed fide cordis capitur. Tale est quod praesente loco dicitur, Erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est quod illi de matrimonio dictum putant:

311999

putant, cum ipse Paulus ea verba de christo & ecclesia induxerit & seipsi clare exposuerit dicens, Ego aut dico in christo & ecclesia. Ecce quam concordant Paulus & illi, Paulus sacramentum magnum in christo & ecclesia se predicare dicit, illi vero in masculo & foemina predicant. Si sic licet in sacris literis libidinari, quid mirum si quodlibet in ea vel centum sacramenta licet inuenire.

Christus itaq; & ecclesia mysterium id est res secreta est & magna quae figurari quidem per matrimoniū ceu reali quadam allegoria potuit & debuit, sed matrimonium non hinc sacramētū dici debuit. Coeli sunt figura apostolorū, vt psal. xviiij. dicit. Et sol christi aquae populorū, sed nō ideo sacramēta sunt, Vbiq; enim deest & institutio & pmissio diuina, quae integrant sacramētū, vnde Paulus Ephe. v. verba illa de matronio Gen. ij. dicta, vel proprio spiritu ad christū trahit vel generali sentētia etiā spirituale matrimoniū christi in eo traditū docet dicens Sicut christus fouet ecclesiā, quia mēbra sumus corporis eius de carne eius & de ossibus eius propter hoc relinquet homo patrē & matrē suā & adherēbit vxori suae, & erunt duo in carne vna. Sacramētum hoc magnū est. Ego dico in christo & ecclesia. Vides vt hunc totū textū de christo vel ita se dictū: & de industria lectorē monet vt sacramentum in christo & ecclesia intelligat non in matrimonio.

Fateor quidē & in veteri lege fuisse sacramētū poenitētię immo ab initio mūdi. Verū pmissio noua poenitētię & donatio clauū nouae legis ppria est. Sicut enī p circūcisione baptismū; ita pro sacrificijs aut alijs si-

M gnis

gnis poenitētiæ nūc clauēs habemus. Diximus enim
superius Eūdē deū pro diuersis tēporibus, diuersas pro
missiones, diuersaq; signa dedisse p̄ remittēdis p̄ctis &
saluandis hoībus eādē tamē gratiā oēs accepisse. Sicut
ij. Corint. iij. dicit, Habētes eūdē sp̄m̄ fidei, & nos cre
dimus p̄pter quod & loquimur. Et. j. Corint. x. patres
nostri oēs māducauerūt eandē escā spiritualē & eundē
potū spiritualē biberūt. Biberunt autē de spiritali cō
sequēte eos petra, petra autē erat Christus. Ita Heb. xj
Omnes hī defuncti sunt, nō acceptis promissionibus,
deo melius aliquid pro nobis prouidente; ne sine nobis
consummarētur, Christus enim heri & hodie & in sēcu
la, ipse caput ecclēsiæ suæ ab initio ad finē vsq; mundi.
Diuersa igitur signa: sed eadem oīm fides. Siquidem si
ne fide impossibile est placere deo, qua & Abel placuit
Heb. xj.

Sit ergo m̄moniuū figura christi & ecclēsiæ sacramētū
aūt nō diuinitus iſtitutū, sed ab hoībus, i ecclēia iuētum
ignorātia tā rei q̄ verbi abductis. Quæ cū fidei nihil
obsit, ferēda i charitate est, sicut & multa alia humana
studia iſfirmitatis & ignorātię in ecclēia tolerātur donec
fidei & diuinis literis nō obsunt. Verū pro firmitate &
sinceritate fidei & scripturę nūc agimus. Ne si qd i sa
cris literis & fidei nostrę articulis cōtineri affirmaueris
mus, & postea cōuicti nō cōtineri, ludibrio nostrā fidē
exponamus & ignorātes rerū p̄p̄riarū iuēti, scādalo ste
mus aduersarijs & iſfirmis, imo ne scripturę s̄ctę autori
tatē eleuemus. Lōgissimē ei discernēda sūt ea q̄ diuini
tus i sacris literis tradita sūt ab ijs q̄ p̄ hoīes i ecclēia quā
talibet sanctitate doctrinaq; præpollēant sunt inuenta
Hactē

Hactenus de ipſo matrimonio. Quid aut̄ dicemus ^{Iure huma}
de impijs legibus hoim quibus hoc vitę genus diuini-^{na.}
tus institutum est irretitū sursum ac deorsum iactatum
Deus bone, horror est intēdere in temeritatem Roma-
nensium tyrannorū adeo pro libidine sua dirimētium,
rursum cogētium matrimonia. Obsecro an datum est
eorum libidini hominum genus, non nisi ad illudēdū,
& quoquo modo abutendum, & pro pecunijs funestis
quodlibet ex eo faciendum.

Vagatur passim nō paruę opinionis liber ex collu-^{Sūma an-}
uie oim humanarū traditōnū, ceu sentina quadam col-^{gelica,}
lectus & cōfusus, qui summa angelica inscribitur, cum
verius sit summa plus quā diabolica, in quo inter infi-
nita portēta: quibus confessores instrui putantur dū p-
niciosissime confunduntur decem & octo matrimonij
impedimēta numerātur, quę si ē quo & libero fidei ocu-
lo inspexeris, Videbis esse de numero eorū de quibus
apostolus prędixit. Erunt attendētes spiritibus demo-
niorū, in hypochrifi loquentium mēdaciū, prohiben-
tium nubere. Quid est prohibere nuptias, si hoc nō est
prohibere, tot impedimenta fingere & laqueos ponere
ne coeant, aut si coierint dissoluere matrimonia? Quis
dedit hominibus potestātē? Esto fuerint sancti & pio
zelo ducti, quid meam libertatem vexat aliena sancti-
tas, quid me captiuat alienus zelus? Sit sanctus & zelo
tes quisquis volet & quantum volet, modo alteri nō no-
ceat & libertatem mihi non rapiat.

Verum gaudeo istis dedecorosis legibus suā tandē ^{Leges sūt}
contigisse gloriā. Nempe earum beneficio, hodie ro-^{quatuor.}
manēses facti sūt nūdiatores. Quid ei vēdūt vuluas &

M ij veretra

veretra. Merx scilicet dignissima mercatoribus istis,
pre avaricia & impietate plusq̄ sordidissimis & obscenif-
simis. Nihil em̄ est impedim̄ entorū hodie, q̄ intercedē-
te māmona nō fiat legitī mū, vt leges istæ hoīm non a-
lia causa videantur nate, nisi vt aliqñ essent auaris ho-
minibus rapacibusq; Nimbrotis rhetia pecuniarū & la-
quei aiarum staretq; in Ecclīa dei loco sc̄tō Abhomī-
natio ista: quæ venderet hoīb̄ publice vtriusq; sexus
pudibūda seu (vt scriptura) vocat ignominias & turpi-
tudines, quas tñ antea per vim legū suarū rapuissent.
O digna pontificibus nr̄is negociatio: quā p̄ Euange-
lij ministerio, qđ pre avaricia & ambitione cōtēnunt
summo cum decore & turpitudine in sensum reprobū
dati exercerent.

Sed quid dicam aut faciā? Si singula p̄sequar, imo-
dicus erit sermo. Cōfusissima ei sunt oīa: vt nescias vn-
de exordiaris: quo procedas: & vbi consistas. Hoc scio
nullam rē publicam legibus foeliciter administrari. Si
enim prudens fuerit Magistratus ductu naturæ oīa se-
licitus administrabitq̄ legibus, si prudens nō fuerit le-
gibus nihil pmouebit nisi malū. cū nesciat eis vt nec
eas pro tpe moderare: ideo in rebus publicis magis cu-
randum est vt boni & prudētes viri præsint q̄ vt leges
ferantur: ip̄i enim erunt optime leges, oēm varietatē
casuum viuaci æquitate iudicaturi. Qz si assit eruditio
diuinæ legis cū prudentia naturali, plane superfluum
& noxium est scriptas leges habere. Super omnia aut̄
Charitas nullis prorsus legibus indiget.

Dico tamē, & quod in me est facio, Monens & rogans omnes sacerdotes & fratres si viderint aliquod
pedimētum

pedimentum in quo Papa potest dispensare, & quod non est in scriptura expressum vt prorsus ea omnia matrimonia confirmet quę contra Ecclesiasticas vel pontificias leges quoquo modo fuerint contracta. Armēt autem se lege diuina dicente, Quod deus coniunxit homo non separet. Cōiunctio enim viri & mulieris est iuris diuini, quę tenet quocunq; modo cōtra leges hominum contigerit: debentq; leges hominum ei cedere sine vllō scrupulo. Si em̄ homo relinquit p̄rem & matrem & adhæret vxori suę, quāto magis conculcabit friuolas & iniquas leges hoīm vt adhæreat vxori suę. Et Papa, vel Ep̄s, vel Officialis si dissoluerit aliqđ matrimoniu contra legem humanā cōtractum Antichristus est violator naturę, & reus lesę maiestatis diuine quia stat sentētia, Quod deus cōiunxit hō nō separet.

Adde his quod hō non habuit ius leges tales condēdi & xp̄iantis per Christum libertas donata est sup omnes leges hoīm maxime vbi lex diuina intercedit, Sicut dicit Marci. ij. Dominus est filius hominis: etiam sabbati, Et non homo propter sabbatum sed sabbatum propter hominem factū est. Deinde q̄ tales leges prædam natę sunt per Paulū: vbi phibentes nubere futuros esse predixit. Quare hic cedere debet rigor ille impedimētorum ex affinitate spiritali aut legali cognatione & cōsanguinitate: quātum pmittunt literę sacre in quibustm̄ secundus gradus consanguinitatis prohibitus est: vt scribitur Leuitici. xvij. vbi duodecim personę prohibentur: quę sunt Mater Nouerca. Soror naturalis: soror legitima: ex vtro parente, Neptis: Amīta Matertera: Nurus:, Vxor fratris: Soror vxoris, Priuī-

In quibus gradib⁹ p̄hibet̄ matrimoniu

M.iiij gna

gna, vxor patruī. In quibus non nisi primus gradus af-
finitatis: & secundus consanguinitatis prohibetur, nō
tamen vniuersaliter vt clarum est intuenti: nam fratris
aut sororis filia vel neptis non numeratur prohibita,
cum tamen sit in gradu secundo. Quare si quando ma-
trimonium extra hos gradus contractum fuerit: cum
nulli alij legantur a deo vsq̄ prohibiti, nullo modo de-
bet dissolui propter leges hominū. Cum matrimoniū
ipsum diuinitus institutum sit incomparabiliter legi-
bus superius, Ita vt non ipsum propter leges sed leges
propter ipsum debeant merito dirumpi.

Ita debent istæ nugæ comaternitatum, comater-
nitatum, Confraternitatum, Confororitatum, & con-
filiatum prorsus extingui cōtracto m̄rimonio. Quis
enim istā cognationem spūalem inuenit, nisi superstitio
hūana? Si non licet baptisanti aut leuanti baptisatā
aut leuatam ducere, cur licet Christiano Christianam
ducere? An est maior cognatio ista ex cœrimonijs seu
signo sacramēti cōtracta, q̄ q̄ ex re ipsa sacramenti? an
non Christianus est frater Christianæ sororis? An nō
baptisatus: baptisatę spiritualis frater? Quid ifanimus
Quid si quis vxorem suam erudiat Euangelio & fide
Christi: factus hoc ipso vere pater eius in Christo? An
non liceat vxorem eius mānere? An Paulo non licuisset
puellam ex Corinthijs ducere, quos omnes in chri-
sto genuisse se iactat? Vide ergo q̄ sit libertas Christia-
na per cæcitatem humanæ superstitionis oppressa.

Iam multo vanior est cognatio legalis: & tamē hęc
etiam superius diuinum matrimoniū extulerunt.
Nec huic impedimento consenserim, quod vocāt reli-
gionis

gionis disparitatem: vt nec simpliciter nec sub condi-
tione conuertendi ad fidem liceat ducere nō baptisatā
Quis hoc prohibuit? deus an homo Quis hominibus
potestatem fecit prohibendi sic nubere? Spiritus scilicet
mendaciū in hypocrisi loquētes: vt Paulus dicit.
De quibus illud dicere oportet, Narrauerunt mihi in
iqui fabulationes sed nō vt lex tua. Duxit patritius gē
tilis Monicam mrem sancti Augustini xpianam. Cur
non hodie liceat idem? Idem rigor stultitiæ immo im-
pietatis est, Impedimētū criminis: scilicet vbi q̄s prius
duxerit pollutam adulterio: aut machinatus fuerit in
mortē alterius coniugis, quo cum superstitē contrahe-
re possit. Obsecro vnde iste rigor hoīm in hoies qualē
nec deus vnq̄ exegit? An ignorare se simulāt, Batscha
ba vxorem vriæ vtroq; crimie impleto: id est præpollu-
tam adulterio & occiso viro: tamen ductam a Dauid sā-
ctissimo viro? Si lex diuina hæc fecit, quid faciunt ho-
mines tyranni in suos conseruos?

Censetur & impedimētum quod vocant ligamēnis
hoc est si quis alteri sit alligatus per sponsalia. Hic con-
cludunt si posteriorem quis cognouerit, prioris cessare
sponsalia. Quod plane non capio. Ego arbitror eū esse
iam non sui iuris, qui vni sese addixerit: ac per hoc pro-
hibente iure diuino debere priori non cognitæ: etiā
si posteriorem cognouerit dare enim non potuit quod
non habuit sed fefellit eam, commisitq; verum adulte-
rium.

Quod autem aliud illis visum est fecit, Quod copulā
carnis plus attenderunt quā diuinum mādatum, quo
priori fidem pollicitus debet semper seruare.

Qui

Nota bene
istam ques-
tionem

Qui enim dare vult, de suo dare debet. Et deus prohibet. Ne quis fratrem suum circumueniat in vlllo negotio, quod seruandum est vltra & supra omnes omnium hominum traditiones. Ita credo non posse talem salua conscientia cum secunda cohabitare, & hoc impedimentum esse omnino conuertendum. Si enim votum religionis facit alienum cur non etiam fides data & accepta cum hæc sit præcepti & fructus spiritus Gal. quinto. illud autem arbitrij humani, Et si licet vxori virum repetere (voto facto religionis non obstante) cur non liceat sponsæ repetere sponsum suum, etiam secuta copula cū altera? Sed & superius diximus, non licere vouere religionem ei qui fidem dedit puellæ, sed est debitor ducende, quia debitor est fidei seruandæ, quam nulla traditione hominū licet deserere: quia præcepta est a deo. Multo magis hic ita fiet vt fidem priori seruet cum posteriori non nisi mendaci corde dare potuerit, ac per hoc non dederit, sed fefellerit proximam suam cōtra deū, Quare erroris impedimentum hic locum habet qui facit vt posterioris nuptiæ nihil sint.

Impedimentum ordinis quoq; merum est hominū commentum, præsertim cum garriant, eo dirimi etiam contractum semper suas traditiones super dei mandata exaltantes. Ego quidem de sacerdotij ordine non iudico qualis hodie est, sed video Paulum iubere episcopū vnus vxoris virum esse, ideo non posse dirimi matrimonium diaconi, sacerdotis, Episcopi, seu cuiuscunq; ordinis, quanquam hoc genus sacerdotum & eos ordines non nouerit Paulus, quos hodie habemus. Pereant itaq; maledictæ iste hominū traditiones, quæ non nisi ad multā

ad multiplicanda pericula peccata mala in Ecclesia introierunt. Est ergo inter sacerdotem & uxorem verum & inseparabile matrimonium, mandatis diuinis probatum. Quid si impij hoies illud prohibeant aut dirimant, mera tyrānide sua? Esto sit illicitū apud hoies, licitum tamē est apud deū cuiusmādatū, si cōtra hoim pugnet mandata est præferendum.

Aeque commentum est impedimētum illud publicæ honestatis, quo dirimuntur contracta. Vrit me audax ista impietas tam prompta ad separandum, quod deus coniūxit: vt antichristum in ea cognoscas, quæ ad uersatur oibus, quæ christus fecit & docuit. Quæ rogo est causa vt spōsi præmortui nullus consanguineus vsq; ad quartum gradum possit ducere sponsam? Non est hoc publicæ honestatis iusticia sed inscītia. Cur non in populo israhel optimis ac diuinis legibus instituto erat ista publicæ honestatis iustitia, sed etiam præcepto dei proximus cogebatur uxorem proximi relictam ducere. An oportet populum libertatis christianæ rigidioribus legibus onerare quam populum seruitutis legalis? Et vt finem faciam istorum figmentorū magis quā impedimentorum. Dico mihi adhuc nullum apparere impedimentum, quod contractū iure dirimat, nisi impotentiam cognoscende coniugis ignorantiam iam contracti & votum castitatis. De voto tamen ita sum incertus vsq; hodie, vt ignoram quo tēpore sit censendū valere sicut & supra dixi in baptismi sacramento. Disce ergo in hoc vno matrimonio, quā infoeliciter & pdite oīa sint cōfusa, ipedita, irretita & periculis subiecta per pestilētes idoctas ipiasq; traditiones oīm quæcunq; in

N ecclesia

Ecclia geruntur, vt nulla remedij spes sit nisi reuocato li-
bertatis Euangelio secundum ipsum extinctis semel omnibus
omnium hominum legibus omnia iudicemus & regamus Amen.

De impotentia itaque sexus dicendum quo possit faci-
lius consuli animabus periculo laborantibus. Hoc ta-
men praemisso quod ea quae de impedimentis dixi dic-
tavo post matrimonium contractum ne talibus illud diri-
matur. Ceterum de contrahendo breuiter dixerim quod
supra dixi. Quod si urgeat amor iuuentutis, & quaeuis
alia necessitas, propter quam dispensat papa, dispenset etiam
quilibet frater cum fratre, aut ipse cum seipso, rapta per hoc
consilium uxore de manu tyrannicarum legum utcumque pote-
rit. Vt quid enim mea libertas tollitur aliena supersti-
tione & ignorantia? Aut si pro pecunia papa, dispensat, cur
non ipse pro mee salutis comoditate mecum, aut cum fratre
dispensem? Statuit leges, papa sibi statuatur, mea salua li-
bertate vel occulte surrepta. Videamus itaque de impotentia

Notabene
istam quae-
stionem.

Quaero casum eiusmodi, Si mulier impotenti nupta
viro, nec possit, nec velit forte tot testimoniis & strepiti-
bus, quot iura exigunt iudicialiter impotentiam viri probare
velit tamen plene habere, aut non possit continere. Et ego
consuluissem ut diuortium a viro impetret ad nubendum alte-
ri contenta, quod ipsius & mariti conscientia & experientia
abunde testes sunt impotentiae illius. Vir autem nolit. Tum
ego ultra consulam, ut cum consensu viri (cum iam non
sit maritus, sed simplex & solutus cohabitator) misceatur
alteri vel fratri mariti, occulto tamen matrimonio, & pro-
les imputetur putatio (ut dicunt) patri. An haec mulier
salua sit & in statu salutis? Respondeo ego quod sic, Quia
error & ignorantia virilis impotentiae hic impedit ma-
trimonium

rimoniū & tyrannis legum non admittit diuortium,
& mulier libera est per legem diuinam nec cogi potest
ad continentiam. Quare vir debet concedere eius iuri
& alteri permittere vxorem quam specie tenus habet.

Vlterius si vir nollet consentire, nec diuidi vellet an
tequam permitterem eam vri aut adulterari, consulerē
vt contracto cum alio matrimonio aufugeret in locum
ignotum & remotum. Quid enim aliud possit consuli
laboranti assiduo libidinis periculo? Scio autem quos-
dā mouere q̄ proles huius occulti matrimonij iniquus
heres sit putatiui patris. Sed si consensu mariti fiat ini-
quus non erit. Si autem ignorante aut nolente fiat, iu-
dicet hic christiana & libera ratio, immo charitas vter-
utri maius dānum inferat. Vxor hereditatē alienat, at
maritus sefellit vxorē eamq; toto suo corpore totaq; vi-
ta fraudat, an nō maius peccet vir, corpus & vitam vxo-
ri perdēs quā mulier res tm̄ tēporales viri alienans. Pa-
tiatur ergo vel diuortiū, aut ferat alienos heredes, q̄ sua
culpa innocentē puellam sefellit, & vita pariter ac cor-
poris vsu toto fraudauit, insuper occasionem pene into-
lerabilem adulterandi dedit, ponatur vtrunq; in æqua
lance. Certe omni iure fraus in fraudantem recidere de-
bet & damnum recompensare tenetur qui dedit. Quid
enim differt talis maritus ab eo qui vxorem alicuius ca-
ptiuam tenet cum marito? Nonne talis tyrannus, vxorē
& filios, & maritum alere cogitur, aut liberos di-
mittere? Cur ergo & hic non ita fiat. Ita ego arbitror vi-
rum debere cogi aut ad diuortiū, aut ad alienū haredē
alendū, Sic charitas iudicabit sine dubio. In quo casu
vxoris heredē nō alio affectu alet ipotēs iā & nō marit-

N ij tus,

tus: q̄ si vxorem ægrotantem aut alio incommodo affe-
ctam totis & grauibus expensis foueret, sua ei nõ vxor-
ris culpa: eo incõmodo laborat vxor. Hæc pro mea vi-
rili ad iformãdas cõsciẽtias scrupulosas retuleri: cupiẽs
afflictis meis fratris in ista captiuitate: qualicunq; sola-
tio succurrere.

An cõiux
diuertens
debeat cõ-
tinere

De diuortio etiã versatur quæstio: an licitũ sit Ego
quidẽ ita detestor diuortium: vt digamiã malim q̄ di-
uortium, sed an liceat ip̄e nõ audeo definire. Christus
ipse princeps pastorum Mat. v. dicit, Si quis dimiserit
vxorem suã excepta fornicationis cã facit eam adulte-
rari, Et qui dimissam duxerit, adulterat. Cõcedit ergo
x̄ps diuortium in causa fornicationis dũtaxat. Quare
errare Papam necesse est: quoties diuortium facit alijs
caulis, nec statim se tutum arbitrari debet vllus qui p̄ti-
ficia illa temeritate verius q̄ potestate dispensationem
obtinuerit. Sed hoc admiror magis, cur cõelibẽ esse co-
gant hominem: qui diuortio separatus est a cõiuge sua
nec aliam ducere permittant. Si enim Christus diuor-
tium concedit in cã fornicatiõis & neminẽ cogit eẽ cõe-
libem: & Paulus magis velit nos nubere q̄ vri, videtur
omnino admittere: vt in locum repudiatæ aliam du-
cat. Quæ res vtinam plane discussa & certa esset: vt pos-
set consuli infinitis periculis eorum: qui sine culpa sua
hodie cõlibes esse coguntur. Hoc est quorum vxores
vel mariti auffugiunt: & coniugem relinquunt decen-
nio vel nunq̄ reuersuri: Vrget me & male habet hic ca-
sus quotidianis exemplis siue id singulari nequitia sa-
tanæ, siue neglectu verbi dei contingit.

Ego sane: qui solus contra omnes statuere in hac re
nihil

nihil possum, vehementer optarem saltem illud j. Co.
vij. huc aptari, **Q**z si infidelis discedit discedat. Nō ei
seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi. **H**ic
Apostolus discedentem infidelem concedit dimitti &
fidei liberum facit alterum accipere. Cur non idē va-
leat, si fidelis hoc est nomine fidelis, re ipsa æque infi-
delis cōiugē differat præsertim nunquam reuersurus
Ego sane nihil discriminis vtrinq; deprehendere pos-
sum. Credo autē si Apostoli tempore, discessor infide-
lis reuersus denuo: aut fidelis factus: aut fidei cohabi-
tare pollitus fuisset admittus non fuisset, sed & ipi alte-
ram ducendi potestas facta fuisset. **T**amen in ijs nihil
definitio (vt dixi) quanquam nihil magis optem esse de-
finitum, cum nihil magis me & multos mecum vexet
hodie, Sola autoritate Papæ aut Episcoporum hic dif-
finiri nihil volo, sed si duo eruditi & boni viri in nomi-
ne xp̄i consentirent & in spiritu christi pronunciarent
eorum ergo iudicium preferrem etiam Concilijs, qua-
lia nunc cogi tantum numero & autoritate citra æru-
ditionem & sanctimoniam iactata. Suspendo ergo hic
organum meum: donec conferat mecū alius melior.

DE ORDINE.

Hoc sacramentum Ecclesia Christi ignorat, inuen-
tumq; est ab Ecclesia Papæ, non enim solum habet pro-
missionem gratiæ, vllibi positam: sed ne verbo quidē
eius meminerit totum nouum testamentum

Ridiculum autem est asserere pro sacramento dei, qđ
a deo institutum nusquam potest monstrari. Non
damnandum censeam eum ritum per tanta sæcula ce-
lebratum, sed quod in rebus sacris nolim humana cō-

N. iij menta

menta fingi nec liceat astruere aliquod diuinitus ordi-
natum: quod diuinitus ordinatum non est ne ridiculi simus
aduersario. conandumque sit, ut certa & pura nobis
sint omnia clarisque scripturis firmata, quæ per articulis
fidei iactamus: id quod in præsentis sacramento præsta-
re ne tantillum quidem possumus.

*verum non hz
statum ultra p
scriptura in scriptura*

Ne habet Ecclesia potestatem novas promissio-
nes gratiæ diuinas statuere: sicut quidam garrunt quod
non minoris sit autoritatis quicquid ab Ecclesia, quod
a deo statuitur, cum regatur spiritu sancto. Ecclesia enim
nascitur verbo promissionis per fidem eodemque alitur
& seruetur, hoc est ipsa per promissiones dei constituit
non promissio dei per ipsam, Verbum dei enim supra
Ecclesiam est incomparabiliter in quo nihil statuere,
ordinare, facere, sed tantum statui ordinari fieri habet
tanquam creatura. Quis enim suum parentem gignit: quæ
suum autorem prior constituit? Hoc sane habet Eccle-
sia, quod potest discernere verbum dei a verbis hominum si-
cut Augustinus confitetur se Euangelio credidisse mo-
tum autoritate Ecclesiæ, quæ hoc esse Euangelium præ-
dicabat non quod ideo sit super Euangelium, Alioquin
esset & super deum cui creditur, quia Ecclesia hunc esse
se deum predicat. Sed sicut alibi dicit Augu. Veritate
ipsa sic capitur anima, ut per eam de omnibus certissime
iudicare possit, sed veritatem iudicare non possit,
dicere autem cogatur infallibili certitudine hanc esse
veritatem. Exempli gratia, Mens infallibili certitudi-
ne pronunciat, iij. & septem. esse decem, & tamen ratio-
nem reddere non potest cur id verum sit, Cum negare
non possit verum esse, capta scilicet ipsa, & iudice veri-
tate

tate iudicata magis q̄ iudicans. Talis est & in Ecclesia
sensus, illustrante spiritu in iudicandis & approbandis
doctrinis quem demonstrare non p̄t, & tamē certissi-
mum habet sicut em̄ apud philosophos, de communibus
conceptionibus nemo iudicat. sed oēs per eas iudi-
cantur, ita apud nos de sensu spūs est, qui iudicat om-
nes & a nemine iudicatur: vt Apostolus ait.

Verum hæc alias, Sit itaq; certum Ecclesiã non pos-
se promittere gr̄am: quod solius dei est: quare nec insti-
tuere sacramentum. Quod si quã maxime posset, nō
tamē statim sequeretur ordinē esse sacramentū. Quis
enim scit quæ sit ecclesia habens spiritum, cum in sta-
tuendis his soli & pauci Ep̄i, aut docti adesse soleant?
quos possibile est non eē de ecclesia & omnes errare, si-
cut sep̄ius errauerūt. Cōcilia, p̄sertim Cōstātiēse: qđ om-
nium impijssime errauit. Id em̄ solum est fideliter pro-
batum, quod ab vniuersali ecclesia, non tātum Roma-
na, approbatur. Quare permitto ordinem eē quendā
ritum ecclesiasticum, quales multi alij quoq; per eccle-
siasticos p̄res sunt introducti, vt consecratio vasorum:
dorum: vestium: aquæ: salis: candelarū: herbarum:
vini: & similia. In quibus omnibus nemo ponit sacra-
mentum esse: nec vlla in eis est promissio ita vngere ma-
nus viri: radi verticem, & id genus alia fieri, non est sa-
cramentum dari, cum nihil eis promittatur: sed tantū
ad officia quædam/ ceu vasa & instrumenta parentur.

Iudiciū de
Dionisio

At dices, Quid ad Dionysium dices qui sex enume-
rat sacramenta iter q̄ & ordinē ponit in ecclesiastica Hie-
rarchia? Rñdeo, Scio hunc solum Autorem haberi ex
antiquis

antiquis pro septenario sacramentorum, licet matrimonio omisso, senarium tantum dederit. Nihil enim profus in reliquis patribus de istis sacramentis legimus. Nec sacramenti nomine censuerunt quoties de ijs rebus loquuti sunt. Recens enim est inuentio sacramentorum, Atq; mihi vt magis temerarius sim in totū displicet, tantum tribui quisquis fuerit, Dionysio illi cum

Hierarchi
a Dionysij

ferme nihil in eo sit solidæ eruditionis. Nam ea quæ in cœlesti hierarchia de angelis comminiscitur in quo libro sic sudarunt curiosa & superstitiosa ingenia, quæ rogo autoritate: aut ratione probat: Nonne omnia sunt illius mediata ac prope somnijs similima, si libere legas & iudices? In theologia vero mystica quam sic inflant

Theologi
a Dionysij

ignorantissimi quidam theologistæ, etiam perniciosissimus est plus platonis quam christianis ita vt nollem fidelem animum his libris operam dare vel minimam christum ibi adeo nō discas, vt si etiam scias amittas. Expertus loquor Paulum potius audiamus, vt Iesum christum & hunc crucifixum discamus. Hæc est enim via, vita, & veritas, hæc scala per quam venitur ad patrem. Sicut dicit, Nemo venit ad patrem nisi per me.

Ita in ecclesiastica hierarchia, quid facit nisi quodritus quosdam Ecclesiasticos describit ludens allegorijs suis quas non probat? quale apud nos fecit qui librum edidit, qui rationale diuinorum dicitur, ociosorum hominum sunt ista studia allegoriarum. An putas mihi difficile esse in qualibet re creata allegorijs ludere. Nonne Bonauentura artes liberales allegorice duxit ad theologiam? Deniq; Gerson Donatum minorem fecit mysticum

sticum Theologum. Mihi non fuerit operosum melio-
rem hierarchiam scribere, quam Dionysij sit: cum ille
papam: Cardinales: archiepiscopos ignorarit: & episco-
pum fecerit supremum. Et quis tam tenuis ingenij qui
allegorijs non queat pereclitari? Nollem ego Theolo-
gum allegorijs operam dare: donec cōsumatus legiti-
mo scripturæ simpliciq; sensu fuerit alioquin sicut ori-
geni cōtigit nō citra periculum theologifabit.

Nō ergo cōtinuo sacramētū esse debet: quia dionysi-
us aliquid describit, alioqui cur nō etiā sacramentū fa-
ciunt: quam ibidem describit p̄cessionem, quæ vsq; ho-
die p̄seuerat? Quin tot erunt illorū sacramenta quod
aucti sunt in ecclesia ritus & cerimonix: Huic tamen
tam debili fundamento nixi. Characteres effinxerunt
quos huic suo sacramento tribuerent, qui imprimeren-
tur ordinatis indelibiles, Vnde quæso tales cogitatio-
nes, qua autoritate, qua ratiōe stabiliunt. Nō quod no-
limus eos esse liberos ad fingendum: dicendum: asse-
rēdum: quicquid vel libuerit, sed nostram quoq; liber-
tatem asserimus: ne ius sibi ipsis arrogent ex cogitatio-
nibus suis articulos fidei faciendi sicut hactenus præ-
sumpserunt. Satis est nos p̄ cōcordia eorum, eorum ri-
tibus & studijs attemperare: sed cogi tanquam necessa-
rijs ad salutem quæ necessaria nō sunt nolumus, dimit-
tant ipsi tyrannidis suæ exactionē, & nos exhibebimus
liberum eorum sensui obsequium, vt sic in pace mutua
inuicem agamus, Turpe enim est & iniquiter seruire
christianum hominem qui liber est, alijs q̄ cœlestibus
ac diuinis subiectum esse traditionibus.

Post hoc apprehendunt extremum roboris sui. Nē-

O pe qđ

Per q̄ ver-
ba institu-
tum sacer-
dotium.

pe quod Christus in cœna dixit. Hoc facite in meam
commemorationem. Ecce hic inquit, Christus eos
ordinauit in sacerdotes. Hinc inter cœtera & hoc duxe-
runt solis sacerdotibus vtranq; speciem esse dandam.
Deniq; quiduis hinc suxerunt, vt qui liberum arbitri-
um sibi arrogarēt, e verbis christi vbilibet dictis quod-
libet asserere. Sed hoc est verba dei interpretari: Respō-
de quæso. Christus hic nihil promittit, sed tantum præ-
cipit fieri istud in sui memoriã. Cur non concludūt,
& ibi esse ordinatos sacerdotes vbi imponens officium
verbi & baptismatis dixit. Ite in orbem vniuersum &
prædicate Euāgelium omni creaturæ, Baptisantes eos
in nomine &c. cum sacerdotum sit proprium prædica-
re & baptisare. Deinde cum hodie sacerdotis vel prima-
rium opus sit, & (vt dicunt) indispensabile, legere ho-
ras canonicas, Cur non ibi ordinis sacramentum conce-
perunt, vbi christus orare præcepit, vt alijs locis multis
ita præcipue in orto ne intrarent in tentationem? Nisi
hic elabantur, quod non sit præceptum orare, sufficit
enim legere horas Canonicas, vt sic sacerdotale il-
lud opus nusquam e scripturis probetur, ac per hoc
istud sacerdotium orationale non sit ex deo sicut vere
non est.

Quis vero patrum antiquorum asseruit: hic ver-
bis ordinatos esse sacerdotes? Vnde ergo ista intelligen-
tia noua, scilicet quod hac arte quæsitum est, vt semina-
rium discordiæ implicabilis haberetur, quo clerici &
laici plus discernentur quam cœlum & terra, ad in-
credibilem baptismalis gratiæ iniuriam: & Euangeli-

cæ cō-

æ communionis confuſſionem. Si quidem hinc coepit tyrannis iſta deteſtabilis clericorum in laicos qua fiducia corporalis vnctionis: quo manus eorum conſecrantur, deinde raſuræ & veſtium non modo cæteris laicis Chriſtianiſ qui ſpirituſancto vncti ſunt, ſeſe præferunt ſed ferme vt canes indignos, qui cum eis in Eccleſia numerantur habeant. Hinc quiduis mandare, exigere, minari, vrgere, præmere audent. Summa ſacramentum ordinis pulcherrima machina fuit & eſt, ad ſtabilienda vniuerſa portenta, quæ hæcenus facta ſunt, & adhuc ſiunt in Eccleſia. Hic periit fraternitas Chriſtiana: hic ex paſtoribus lupi, ex ſeruis tyranni, ex Eccleſiaſticis plus quam mundani facti ſunt.

Qui ſi cogentur admittere nos omnes eſſe æqualiter ſacerdotes, quotquot baptiſati ſumus ſicut reuera ſumus: illiſq; ſolum miniſterium, noſtro tamen conſenſu commiſſum: ſcirent ſimul nullum eis eſſe ſuper nos ius imperij, niſi quantum nos ſponte noſtra admitteremus. Sic enim prima Petri. ij. dicitur. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, & ſacerdotale regnum. Quare omnes ſumus ſacerdotes quotquot Chriſtiani ſumus. Sacerdotes vero quos vocamus miniſtri ſunt ex nobis electi, qui noſtro nomine omnia faciant, Et ſacerdotium aliud nihil eſt quam miniſterium. Sic ſecundo Corinthiorum quarto, Si nos exiſtinet homo ſicut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myniſteriorum dei.

Ex quibus fit, vt is qui non prædicat verbū ad hoc ipſum per eccleſiam vocatus nequaquam ſit ſacerdos.

O ij Et ſacra-

Et sacramentum ordinis aliud esse nō possit q̄ ritus q̄-
dam eligendi Concionatoris in ecclesia. Sic em̄ p̄ Ma-
lachiam. ij. definit sacerdotem. Labia sacerdotis custo-
diunt scientiā, & legem ex ore eius requirent: quia an-
gelus domini exercituum est. Certus ergo sis, qui non
est angelus dñi exercituum, aut ad aliud q̄ ad angela-
tum (vt sic dixerim) vocatur: sacerdos prorsus non sit:
sicut Osee, iij. dicit, Quia tu repulisti scientiā, repel-
lem te & ego, ne sacerdotio fungaris mihi. Inde enim
& pastores dicuntur q̄ pascere: id est docere debeant.
Quare eos qui tantum ad horas canonicas legēdas &
Missas offerendas ordinantur, esse quidem papisticos
sed non Christianos sacerdotes quia non modo non p̄-
dicant, sed nec vocantur ad prædicandum: immo hoc
ipsum agitur vt sit Sacerdotium eiusmodi. alius quidē
status ab officio prædicandi. Itaq; & Missales & hora-
les sunt sacerdotes: id est Idola quædam viua, nomen
sacerdotij habentia cum sint nihil minus, quales sacer-
dotes Hieroboam in Bethauen ordinauit de infima fe-
ce plebis, non de genere Leuitico

Vide igitur quorsum migrarit gloria Ecclesiæ, re-
pleta est omnis terra sacerdotibus: episcopis, Cardina-
libus, & clero, quorum tamen (quantū ad officium spe-
ctat) nullus prædicat: nisi denuo alia vocatiōe vltra or-
dinem sacramentalem vocetur: sed abūde suo sacramē-
to se satis facere putat, si battologiam legendarum pre-
cum enurmuret & missas celebret. Deinde eas ipsas
horas nunq̄ oret, aut si oret pro se oret. Atq; missas su-
as (quæ summa est peruersitas) ceu sacrificium offerat
(cum Missa sit vsus sacramenti) vt perspicuum sit ordi-
nem

nem, qui velut sacramentum hoc hominum genus qui
in clericos ordinat esse vere: mere: omninoq; figmen-
tum ex hominibus natū nihil de re ecclesiastica: de sa-
cerdotio: de ministerio verbi: de sacramentis intelligen-
tibus: vt quale est sacramētum, tales & habeat sacerdo-
tes. Quibus erroribus & cæcitatibus: id accessit maio-
ris captiuitatis quo se latius cæteris Christianis tanq̃
prophanis secernerent se ipsos sicut Galli Cybelis sa-
cerdotes: castrauerunt & celibatu ornauerunt simula-
tissimo.

Nota ma-
lum cōtra
Epos

Nec satis erat hypocrisi & operationi erroris huius
digamiam prohibere, hoc est ne quis duas vxores ha-
beret simul vt in lege fiebat (id enim digamiam signi-
ficare scimus) sed digamiã interpretati sunt: si quid du-
as successiue virgines duxisset: aut semel viduam: imo
sanctissima ista sanctitas huius sacrosanctissimi sacra-
menti tantum valet, vt nec sacerdotari possit: qui virgi-
nem duxerit viuente eadem vxore, ac vt summū fasti-
gium scitatis attingat etiam his arcetur a sacerdotio:
q̃ ignorans & meræ infœlicitatis casu corruptam vir-
ginem duxerit. At si sexcetas meretrices polluerit: aut
matronas ac virgines quasilibet constuprarit: aut etiam
Ganimedes multos aluerit nihil impedimenti fuerit,
vel Episcopum, vel Cardinalem vel Papam eum fieri
Tum illud Apostoli Vnius vxoris vir sic interpretari
oportet: id est vnius Ecclesiæ prælatus, inde incompati-
bilia manarunt beneficia nisi Papa dispensator ma-
gnificus: vni, tres, viginti, centum vxores id est eccle-
sias copulare voluerit pecunia vel gr̃a corruptus, hoc ē
pia claritate motus & eccliarū sollicitudinē districtus.

○ iij.

○ dignos.

O dignos pontifices: hoc venerabili sacramento ordinis. O principes non catholicarum ecclesiarum: sed Satanicarum synagogarum, immo tenebrarum Libet hic cum Isaia clamare. O viri illusores qui dominamini super populum meum qui est in Hierusalem. Et illud Amos. vj. Ve vobis qui opulenti estis in Zion: & confiditis in monte Samariae: optimates capita populorum ingredientiés pompaticè domum Israel &c. O ignominiam ecclesiae dei: quam ex his monstris sacerdotalibus contrahit Vbi sunt Episcopi aut sacerdotes, qui sciunt euangelium: nedum praedicant? Vt quid ergo sese iactant sacerdotes? cur alijs Christianis, tanquam laici sanctiores & meliores & potentiores haberi volunt? horas legere ad quos idiotas non pertinet? seu (vt Apostolus ait) ad lingua loquentes. Horas autem orare ad Monachos, eremitas: priuatosque homines: & eos laycos pertinet. Sacerdotis munus est praedicare: quod nisi fecerit, sic est sacerdos sicut homo pictus est homo. An Episcopum faciat ordinare tales sacerdotes battalogos? An ecclesias & campanas consecrare? An pueros confirmare? Non Hec, vel Dyaconus, vel laycus quilibet faceret. Ministerium verbi facit sacerdotem & Episcopum.

Fugite ergo meo consilio: quicumque tuto viuere vultis: Fugite iuuenes: nec istis sacris initiamini: Nisi aut Euangelizare volueritis: aut nisi vos hoc ordinis sacramento, nihilo laycis meliores factos credere potestis. Non enim horas legere aliquid est. Deinde Missam offerre sacramentum percipere est. Quid ergo in vobis manet: quod non in quouis layco maneat? Rasura & vestis? Miserum sacerdotem, qui rasura & veste constat

constat? An oleum digitis vestris infusum? At christia-
nus quilibet oleo sancti spiritus vnctus & sanctificatus
est corpore & anima: & olim Sacramentum manibus
tractabat non minus q̄ nunc sacerdotes faciunt: Licet
nostra superstitio laycis nunc magnum reatum iniiciat
si vel calicem nudum: aut corporale tetigerit. Nec mo-
niali quidem sanctæ virgini liceat lauare pallas altaris
& lintheamina sacra. Vide per deum sacrosanctam hu-
ius ordinis sanctitatem, quantum profecerit: futurum
spero: vt nec altare liceat attingere laycis: nisi dum nū-
mos obtulerint. Ego pene dirumpor cogitans has im-
pijssimas hominum temeratissimorum tyrannides: tā
nugacibus & puerilibus nugis libertatem & gloriam
Christianæ religionis illudentium & pessundantium.

Esto itaq; certus & sese agnoscat quicūq; se Chris-
tianum esse cognouerit omnes nos æqualiter esse Sa-
cerdotes, hoc est eandem in verbo & sacramento quo-
cunq; habere potestatem: Verum non licere quenquā
hac ipsa vti nisi cōsensu cōmunitatis: aut vocatione ma-
ioris. Quod enim omnium est communiter: nullus si-
gulariter potest sibi arrogare: donec vocetur. Ac per
hoc ordinis sacramentum: si quicquam esse est nihil al-
liud quam ritum quendam alicuius in ministeriū Ec-
clesiasticum. Deinde Sacerdotium prope esse non nisi
Ministerium verbi: verbi inquam non legis, sed Euan-
gelij. Dyaconiam vero esse ministerium: non legen-
di Euāgelij: aut Epistolæ: vt hodie vsus habet: sed opes
Ecclesiæ distribuendi pauperibus: Vt Sacerdotes le-
uentur onere Rerum temporalium & Orationi ac ver-
bo li-

bo liberius instent. Hoc enim consilio legimus Act. v
Diaconos institutos, atq; ita eum, qui vel ignorat, vel
non prædicat euangelium, non modo non esse sacerdo-
tem vel episcopum, sed pestem quandam ecclesiæ, qui
sub titulo falso sacerdotis & episcopi, ceu sub pelle ouis-
na, Euangelium opprimat, & lupum in ecclesia agat.
Quare ij sacerdotes & episcopi quibus hodie referta
est ecclesia nisi alia ratione salutem suam operetur, hoc
est nisi agnoscant sese nec sacerdotes nec episcopos esse
doleantq; se nomen gerere, cuius opus, aut nesciunt,
aut non possunt implere, sicq; orationibus & lachrimis
suis ypocrysis miserem sortem deplorent: vere sunt po-
pulus perditionis æternæ, ac de eis illud Isaie quintove-
rificabit. Captiuus ductus est populus meus, eo quod
non habuerit scientiam, & nobiles eius interierunt fa-
me, & multitudo eius siti exaruit: propterea dilatauit
infernus animam suam & aperuit os suum absq; vlllo ter-
mino & descendunt fortes eius: & populus eius: & su-
blimes eius, & gloriosi eius in eum. O verbum horren-
dum nostro sæculo, quo tanta voragine absorbentur
Christiani.

Quantum ergo e scripturis docemur, cum ministe-
riū sit id quod nos sacerdotium vocamus. Prorsus non
video qua ratione rursus nequeat laicus fieri, semel sa-
cerdos factus: cum a laico nihil differat nisi ministe-
rio. A ministerio autem deponi a deo non sit impossi-
bile, vt passim ea etiam nunc celebretur vindicta in cul-
pabiles sacerdotes, dum aut suspenduntur temporali-
ter aut perpetuo priuantur officio suo. Nam commen-
tum illud Characteris indelebilis, iam olim irrisum est

Conce

Concedo vt Characterem hunc papa imprimat ignorāte Christo, sitq; hoc ipso Sacerdos eo consecratus, non tam Christi quam Papæ perpetuus seruus & captiuus sicut est dies hæc. Cæterum nisi fallor, si ruat hoc sacramentum & commentum aliquando, vix subsistet ipse papatus cum suis characteribus, redibitq; ad nos læta libertas qua nos omnes æquales esse quocunq; iure intelligemus, & excusso tyrannidis iugo sciemus, quod qui Christianus est, Christum habet, qui christum habet omnia quæ christi sunt habet, omnia potēs, de quo plura & robustius, vbi ista amicis meis papistis displicere sensero.

DE SACRAMENTO EXTREMAE VNCTIONIS.

Huic vngendorum infirmorum ritui, duas additiones sese dignas addiderunt Theologi nostri, Vnā quod sacramentum appellant. Alteram quod extremā faciunt, sitq; nunc sacramentū extremæ vnctionis que nisi in extremo vitæ agentibus periculo dari non debeat, Forte (vt sunt arguti Dialectici) re latiuam fecerunt ad vnctionem primi baptismi: & sequentes duas Confirmationis & ordinis. Verum habent hic quod in hos mihi retundant. Nempe quod autoritate Iacobi Apostoli: hic promissio & signum sit: quibus ego sacramentum constitui: hæcenus dixi. Dicit enim. Si infirmatur quis in vobis inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum: vngentes eum oleo in nomine domini, Et oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit remittentur ei. Ecce inquit promissio remissionis peccatorum: & signū olei.

P Ego autē

Iudiciū de
Ep̄la Iaco
bi.

Ego autem dico si vsp̄iam delyratum est, hoc lo
co præcipue delyratum est. Omitto enim quod hanc
epistolam non esse apostoli Iacobi nec apostolico spiri
tu dignam multi valde probabiliter asserant, licet con
suetudine auctoritatem cuiuscunq; sit, obtinuerit. Ta
men si etiam esset Apostoli Iacobi, dicerem non licere
Apostolum sua auctoritate sacramentum instituere: id
est diuinam promissionem cum adiuncto signo dare.
Hoc enim ad christum solum pertinebat. Sic Paulus
sele accepisse a domino dicit sacramentum Eucharis
tiæ & missum non vt baptisset, sed vt euāgelisset: Nus
quam autem legitur in euangelio, vnctionis istius ex
tremæ sacramentum. Sed missa faciamus & ista Apo
stoli siue quisquis fuerit epistolæ autor, ipsa videamus
verba, & simul videbimus. quam nihil eo obseruarint
ij qui sacramenta auxerunt.

Primum: Si verum putant & seruandum quod
Apostolus dicit, qua auctoritate mutant & resistunt?
Cur faciunt ipsi extremam & singularem vnctionem
ex ea, quam Apostolus voluit esse generalem: neq; enī
Apostolus, Extremam esse voluit, & solum morituris
dandam. Sed absolute dicit, Si quis infirmatur non di
cit, Si quis moritur. Neq; enim curo quid Dionysij ec
clesiastica hierarchia hic sapiat ipsa Apostoli verba a
perta sunt, quibus & ille & isti pariter nituntur, & ta
men non sequuntur, vt appareat eos non auctoritate vlt
la, sed suo arbitrio, ex verbis apostoli male intellectis sa
cramētū & vnctionē extremā fecisse, cū iniuria cetero
rū infirmorū, quibus vi propria abstulerunt vngēdi be
neficiū ab apostolo statutum.

Sed illud

Sed illud pulchrius, Q^d pmissio apostoli expres-
se dicit. Oratio fidei saluabit infirmū & alleuiabit eū
dñs &c. Vide apostolus in hoc vngi & orari præcipit,
vt infirmus sanetur & alleuietur, hoc est non moriatur
nec sit extrema vnctio. quod & vsq; hodie probant pre-
ces inter vngēdū dicte, quæ infirmū restitui petūt, illi
cōtra dicūt nō esse dandā vnctionē nisi discessuris, hoc
est vt non sanētur & alleuiētur. Nisi res ista esset seria,
quis risum queat tenere super tam bellis, aptis & sanis
Apostolicorum verborum glosis. Nōne hic aperte de-
prehēdit insipiētia Sophistica, quæ vt hoc loco, ita mul-
tis alijs hoc affirmat q^d negat scriptura, hoc negat q^d
illa affirmat? Quin igitur gratias agimus tam eximijs
magistris nostris? Recte igit dixi nusquā insignius eē
delyratum ab illis quam hoc loco.

Vt^{er}ius si vnctio ista sacramentum est: debet sine
dubio esse (vt dicunt) efficax signum quod signat & pro-
mittit. At sanitatē & restitutionē infirmi promittit: vt
stāt apta verba O^{rō} fidei saluabit infirmū: & alleuiabit eū
dñs. Quis aut nō videt hanc pmissionē ī paucis: imo nul-
lis impleri. Inter mille eī vix vnus restituit idq; nō sacro
sed naturæ v^l medicinæ bñficio fieri putat: nā sacro cōtra-
riā vi tribuūt. Quid ergo dicemus aut Apl's hac pmissi-
ōe mētī aut vnctio sacm nō erit. Promissio em sacra-
lis certa est. At hæc ī maiori parte fallit. Quin vt iterū
Theologorum istorū prudentiā & vigilantiam cogno-
scamus: ideo extremā esse volunt vnctionē: ne stet ista
promissio: hoc est ne sacramentum sit sacramentum.

Si enim extrema est non sanat, sed cedit infirmitati, Si
autē sanat extrema esse non debet. Ita sit horum Magi

P. ij strorum

strorum interpretatione, vt Iacobus intelligatur sibi ip-
si contradixisse, & ne sacramentum institueret, Sacra-
mentum instituisse/ dum ideo extremā volunt vñctio-
nem vt non sit verum sanari p̄ eam infirmum quod il-
le statuit. Si hoc non est insanire, rogo quid ē insanire?

Contingit his illud Apostoli. j. Timo. j. Volentes es-
se legis doctores, cū ignorent quid loquātur aut de q̄-
bus affirmant, Sic oīa citra iudicium legunt & sequūt
Eadem enim oscitātia, & Confessionē auricularem ex
hoc Ap̄lo hauserūt dicēte, Cōfitemini alterutrū pecca-
ta v̄ra. Sed nec hoc seruant isti, quod Apostolus iubet
presbyteros Ecclesiæ induci & super infirmum orari.
Vix vnus sacerdotulus nunc mittit, cū Ap̄ls velit mul-
tos adesse nō p̄pter vñctionē sed p̄pter orōnē: vñ dicit
Orō fidei saluabit infirmū &c. q̄q̄ incertū est mihi: an
sacerdotes velit intelligi: cū dicat presbiteros, id est se-
niores. Neq; enim continuo sacerdos aut minister est:
qui senior est quo suspirari possis Apostolorum voluit
se: vt seniores & grauiores in ecclesia v̄sitarēt infirmū
qui opus misericordię facientes & in fide orantes eum
sanarent: quanq̄ negari non possit Ecclesias olim a Se-
nioribus fuisse rectas absq; istis ordinationibus & cōse-
crationibus: propter etatem & longum rerum vsum in
hoc electis.

Quare hanc vñctionem eandem ego esse arbitror
quæ Marci sexto. de Apostolis scribitur. Et vñgebant
oleo multos ægrotos & sanabant: ritum scilicet quen-
dam primitiū Ecclesię quo miracula faciebant super
infirmis qui iam dudum defecit: quemadmodū & mar-
ci vltimo, Christus donat credentibus vt serpentes tol-
lant

lant, & super ægros manus ponant &c, Ex quibus ver-
bis mirum est quod non eiam sacramenta fecerint cū
sint similis virtutis & promissionis. cum verbis his Ia-
cobi. Non ergo sacramentum est extrema ista, id est fi-
cta vñctio, sed consilium Iacobi quo possit qui velit vti
sumptum ac relictum ex euangelio Marci sexto, vt di-
xi. Neq; enim credo datum infirmis quibusuis, cum ec-
clesia gloria sit infirmitas, & mors lucrum. Sed his tan-
tum qui impattentius & rudi fide infirmitatem ferrent
Quos ideo reliquit dominus, vt in eis miracula & vir-
tus fidei emerent.

Ex hoc ipsum caute: ac de industria Iacobus pro-
uidit: dum promissionem sanitatis & remissionis pec-
catorum non tribuit vñctioni: sed orationi fidei. Sic eni
dicit, Et oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eū
dominus, & si in peccatis fuerit remittentur ei. Sacra-
mentum enim non exigit orationem aut fidem mini-
stri, cum impius etiam baptiset & consecret absq; ora-
tione. Sed nititur in sola promissione & institutione
dei exigens fidem suscipientis. In nostræ autem extre-
mæ vñctionis hodiernæ vsu vbi est oratio fidei? Quis
ea fide orat super infirmum, vt non hæsitet eum resti-
tui? Nam talem orationem fidei Iacobus hic describit,
de qua & i principio dixerat. Postulet autem in fide ni-
hil hæsitans. Et christus: Quæcunq; petieritis, credi-
te quia accipietis & fiet vobis.

Prorsus non est dubium si hodie quoq; talis ora-
tio fieret sup infirmū, id est a senioribus grauioribus &
P iij sanctis

sanctis viris: plena fide sanari quotquot vellemus. Fides enim quod non posset. At nos fide hac neglecta (quam maxime exigit hæc Apostoli auctoritas) deinde quod uis sacerdotum vulgus per Presbyteros: viros scilicet ætate & fide prestantes intelligimus. Deinde Extremam e quotidiana aut libera vnctione facimus, tandem effectum promissæ ab Apostolo sanitatis non solum non impetramus sed etiam contrario effectu euacuamus. Nihilominus tamen iactamus nostrum Sacramentum immo figmentum, hac Apostoli sententia plusquam per bis dyapason repugnante, fundari & perbari. O Theologos

Extremam
vnctionem
non dam-
nandam

Igitur hoc vnctionis extremæ nostrum sacramentum non damno sed hoc esse quod ab Apostolo Iacobo prescribitur. constanter nego: cum nec forma: nec usus nec virtus: nec finis eius cum nostro consentiat. Numerabimus tamen ipsum inter ea sacramenta quæ nos constituimus ut sunt salis: & aquæ consecratio & aspsio. Neque enim negare possumus Creaturam quamlibet per verbum & Orationem sanctificari quod Apostolus Paulus nos docet: ita non negamus per extremam vnctionem dari remissionem & pacem, non quia sacramentum sit diuinitus institutum. sed quia suscipiens ita credit sibi fieri. Fides enim susipientis non errat: quantumlibet minister erret. Si enim ioco baptisans aut absolvens hoc est non absolvens (quantum ad ministrum pertinet) reuera absoluit & baptisat: si credat baptisandus & absolvendus: quanto magis ungetur extrema vnctione pacificat: etiam si reuera non pacificet si ministerium spectes: cum nullum sit ibi sacramentum. Fides enim vncti etiam hoc accipit quod conferens aut non potuit: aut non voluit

non voluit dare. Sufficit enim vnctio verbum audire & credere, quicquid enim credimus nos accepturos esse id reuera accipimus quicquid agat non agat: simulet, aut iocetur minister. Stat enim Christi sententia, Credenti omnia possibilis sunt. Et iterum. Fiat tibi sicut credidisti. Verum Sophistæ nostrî de hac fide nihil in sacramentis tractant: sed in virtutibus ipsi sacramentorum: totis studijs nugantur semper discentes: & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.

Profuit tamen hanc vnctionem factam esse extremam: quia hoc beneficio minime omnium vexata ac subiecta est tyrannidi & quæstui, relicta scilicet hac vna misericordia morituris vt libere possint inungi, etiam non confessi & communicati. Quæ si permansisset quotidiana: præsertim si & infirmos sanasset: etiã si peccata non tulisset: quos putas orbis terrarum non haberent hodie Pontifices qui vnus Pœnitentiæ sacramento: & clauibus: Ac ordinis sacramento: tanti euaserunt Imperatores & principes? At nunc foeliciter habet: quod sicut oronem fidei contemnunt: ita nullum infirmum sanant: & e veteri ritu nouum sibi finxerunt sacramentum.

Hæc de quatuor istis sacramentis nunc satis fuerint quæ scio quam sint displicitura ijs: qui numerum & vsum sacramentorum: Non e scripturis sacris, sed e Romana Romana sede putant petendos esse. Quasi Romana se sedes, des Sacramenta ista dederit: ac non potius acceperit e Scholis vniuersitatum: quibus & omnia quæ habet sine controuersia debet.

Neq; ei staretyranis Papistica tãta: nisi tã accipisset ab vniuers-

abvniuersitatibus cū vix fuerit inter celebres episcopa-
tus alius quispiam qui minus habuerit eruditorum pō-
tificum. Vi dolo ac superstitione tantum, cæteris hac-
tenus præualuit. Qui enim ante mille annos in ea se-
de, sederunt, tanto interuallo ab ijs : qui interim cre-
uerunt distant, vt aut illos, aut hos cogaris negare Ro-
manos pontifices.

Sunt præterea nonnulla alia quæ inter sacramē-
ta videantur censerī posse. Nempe omnia illa quibus
facta est promissio diuina. Qualia sunt, Oratio, Ver-
bum Crucis. Nam christus orantibus promisit exaudi-
tionē in multis locis, præsertim Luce. xj. vbi parabolis mul-
tis ad orandum nos inuitat. Et de verbo, Beati qui au-
diunt verbum dei & custodiunt illud. Quis autem per-
censeat quoties tribulatis patientibus: humiliatis pro-
mittat adiutorium & gloriam: immo quis enumeret
omnes dei promissiones cū tota scriptura hoc agat, vt
nos ad fidem prouocet: hinc præceptis & minis vrgens
illinc promissionibus & consolationibus inuitans. Si-
quidem omnia quæ scripta sunt, aut præcepta, aut pro-
missa sunt: præcepta humiliant superbos exactionibus
suis, promissa exaltant humiliatos remissionibus suis.

Proprie tamen ea sacramenta vocari visum est,
quæ annexis signis promissa sunt. Cætera quia si-
gnis alligata non sunt nuda promissa sunt. Quo fit
vt si rigide loqui volumus, tantum duo sunt in Ec-
clesia dei sacramenta, Baptismus & panis, cun in his
solis & institutum diuinitus signum & promissionem
remissionis peccatorum videamus. Nam pœnitentiæ
sacramentum, quod ego his duobus accessui signo visi-
bili &

bilis & diuinitus instituto caret, & aliud non esse dixi,
quam viam ac reditum ad baptismum. Sed nec schola-
stici dicere possunt, suam diffinitionem posse conueni-
re poenitentiae, qui & ipsi sacramento signum visi-
bile ascribunt, quod formam ingerat sensibus, eius rei
quam, inuisibiliter operatur. At poenitentia seu ab-
solutio tale signum nullum habet quare & ipsi cogent
propria diffinitione, aut negare poenitentiam esse sacra-
mentum, & sic numerum eorum imminuere, aut aliam
sacramentorum asserere diffinitionem.

Baptismus autem quem toti vitae tribuimus Recte
pro omnibus sacramentis satis erit, quibus in vita uti
debeamus. Panis autem vere morientium & exceden-
tium sacramentum. Siquidem in eo transitum Chri-
sti ex hoc mundo memoramus, ut ipsum imitemur, &
sic distribuamus haec duo sacramenta, ut baptismus ini-
tio & totius vitae cursui. Panis autem termino & morti
deputetur. Atque christianus utroque exerceatur in hoc cor-
pusculo, donec plene baptisatus & roboratus transeat
in hoc mundo, natus in aeternam nouam vitam madu-
caturus cum christo in regno patris sui, sicut in coena
promisit dicens. Amen dico vobis. A modo non bibam
de hoc genimine vitis donec impleatur in regno dei, ut
aperte videatur sacramentum panis ad futuram vitam
acceptandam instituisse. Tunc enim re vtriusque sacramen-
ti impleta, cessabit baptismus & panis.


Finem hic faciam huius praeludij, quod pijs om-
nibus qui synceram scripturae intelligentiam germa-
numque sacramentorum usum desiderant, nosse libens
& gaudens offero. Est enim non parui momenti donum
nosse ea


nosse ea quæ nobis data sunt. vt. j. Corinthi. ij. dicitur
& qua ratione donatis vtî oporteat Hoc enim spiritus
iudicio instructi non faciliter innitemur ijs que secus
habent. Has duas res cum nobis Theologi nostri nus-
quã dederint, quin ve vt data opera obscurarint egosi de-
di certe id feci ne obscurarem, & alijs occasionem p̄bui
meliora cogitandi. Conatus meus saltem fuit vt exhi-
berem vtrunq;. Non tamen omnia possumus omnes.
Impijs vero & qui pro diuinis sua nobis pertinaci tyrā-
nide inculcant, fidens & liber ista obrudo nihil mora-
tus idoctam ferociam. quãq; & ipsis optem sanum sen-
sum & eorum studia non contemnam, sed tm̄ a legitimi-
s ac veris Christianis discernam.


Auditum enim audio, paratas esse denuo i me bul-
las & diras Papisticas: quibus ad reuocationem vr gear
aut Hæreticus declarer. Quæ si vera sūt hūc libellū vo-
lo partem esse reuocationis meæ futuræ: ne suam tyran-
nidem frustra inflatam queratur: reliquam partem p̄-
pediem eruditus sum talem (Christo propitio) qualem
hactenus non viderit nec audierit Romana sedes, obe-
dientiam meam abunde testaturus, In nomine Domi-
ni nostri Iesu Christi. Amen.

Hostis Herodes impie
Christum venire quid times?
Non arripit mortalia,
Qui regna dat coelestia.











Th
5973